Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

600108114L

# HERMAE PASTOR.

## VETEREM LATINAM INTERPRETATIONEM
## E CODICIBUS

EDIDIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

LIPSIAE
SUMPTU FUESIANO
(R. REISLAND).
1873.

92

110 . m. 161.

# Praefatio.

Pastoris Hermae latinam versionem iam memorasse videntur Versus scripturarum sacrarum codici Claromontano epistularum Paulinarum additi, qui secundum Crednerum libros sacros in ecclesia Africana tertii seculi lectitatos recensuerunt: pastoris versi ver[sus] $\overline{\text{IIII}}$ (quatuor millia). Cypriano adscripta Homilia de aleatoribus laudavit Sim. IX, 31 p. 157, 6—10: „dicit enim scriptura divina: Vae erit pastoribus. quodsi ipsi pastores negligentes reperti fuerint, quid respondebunt domino pro pecoribus? a pecoribus se esse vexatos? non credetur illis. incredibilis res est, pastores pati posse aliquid a pecore. magis punientur propter mendacium suum.“ latinam versionem Hieronymo antiquiorem esse, eiusdem liber de viris illustr. c. 10 docet, quo Hermae Pastorem apud Latinos iam paene ignotum esse testatus est. nonnulli quidem viri docti etiam post Hieronymum latina versione usi sunt.

Hermae latinam versionem antiquam primus edidit Iacobus Faber Stapulensis in „Libro trium virorum et trium spiritalium virginum“, Paris. 1513 fol. virum doctum Hermae Pastorem „satis correcte“ edidisse Alb. R. M. Dressel censuit. equidem non nego, genuina nonnulla in editione principe servata esse, quae sequentes editores mutaverunt, eamque codici Vaticano nonnunquam cognatam esse animadverti. sed permulta ad arbitrium Fabrum mutasse, antiquum sermonem saepe delevisse, corrupta temere restituisse cognovi. eadem etiam alios viros doctos e mea editione cognituros esse puto, quamvis illis solis editionis principis lectionibus recensitis, quae quodam modo considerandae et a sequentibus editoribus receptae sunt.

sequentes editiones Io. Alb. Fabricius has recensuit: „Nic. Gerbelii. Argentorat. 1522 apud Io. Schottum. 4. In Orthodoxographis Io. Heroldi Basil. 1553 et Io. Iac. Grynaei 1569

fol. In Bibliothecis Patrum T. 3. Paris. 1575. T. 5 1589. 1610. 1644. 1654. T. 1. Colon. 1618 et Lugd. 1677 fol. Cum notis Casp. Barthii, post Claudiani Mamerti libros III de statu animae, Greg. Thaumaturgi de anima libellum ex versione Ger. Vossii et incerti Philosophi christiani celebres de anima opiniones, ex Io. Tarini versione, Cygneae 1653. 8. subiecto libello Paciani de poenitentia.“

rem promovit Io. Bapt. Cotelerius in Patribus apostolicis, Paris. 1672 fol. nam codicum Parisiensium varias lectiones adnotavit: 1) Ms. S. Germani, quod in Bibliis continet Pastoris Vis. I, 1—3, 8 p. 23, 14 meae editionis („prima quidem eorum“, reliqua desunt). de hoc codice v. cl. Hermannus Zotenberg (d. 18. m. Sept. a. 1869) haec mihi retulit: „Der von Cotelier und Fabricius erwähnte St. Germanensis ist nicht der, der den (4) Ezras enthält, sondern ein anderer, ebenfalls aus dem IXten Jahrh. (vielleicht noch älter als jener erstere), und enthält, ganz am Ende, auf 3 Blättern den Anfang des Hermas (Vis. Lib. I, vis III, cap. VIII). Der Text ist sprachlich dem des Ezra ähnlich.“ qui codex cum solum Pastoris initium continere dicatur, miror, quod in Coteleri editione a Clerico et Fabricio repetita et apud Gallandium eiusdem codicis lectio notatur ad Sim. V, 6 p. 85, 2. hic codex signatur *G*. 2) Ms. S. Victoris, de quo v. cl. Zotenberg haec mihi scripsit: „Der cod. St. Victoris ist aus dem XII. Jahrh. Der Text des Hermas ist vollständig und bietet viele Varianten zu dem des Fabricius“. signatur *Vict.* 3) Codicis antiqui Carmelitarum Excalceatarum suburbii Parisiensis varias lectiones Cotelerius addidit. de quo codice Zotenberg scripsit: „Der codex Carmelit. ist nicht in die kaiserl. Bibliothek gekommen. Vielleicht befindet er sich in irgend einer der andern öffentlichen Bibliotheken zu Paris.“ signatur *C.*

Anglicani codices collati sunt in editione Oxoniensi „ex recensione et cum notis Io. Felli Oxoniensis episcopi Oxon. 1685. 12. una cum Barnaba.“ huic enim editioni additae sunt variantes lectiones e codicibus Bibliothecarum Bodleianae et Lambethanae. codices magni aestumandos signavi *B. L.*

Cotelerii et Felli adnotationes quodammodo coniunctae sunt a Io. Clerico in nova Patrum apostolicorum editione Amstel. 1698. fol., quam repetiit Io. Alb. Fabricius in Codicis apocryphi Novi Testamenti parte tertia, Hamburgi 1719 p. 738—1036. apud Fabricium haec reperi errata: Mand. II. p. 37, 10 om.: et cui non daret. Mand. V. p. 44, 10 hacet pro:

habet. Sim. VIII, 1 p. 98, 13—15 om.: alii virgas suas — et hi seorsum statuebantur." Sim. IX, 11 p. 131, 11. 12 om.: „Ipsum interroga, dico ei." Clericum secutus est Ricardus Russel in Patrum apostolicorum editione Lond. 1746.

Andreas Gallandi vero Cotelerium fere ubique secutus neque Clerico neque Fabricio favebat in Bibliothecae veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum Tomo I. Venet. 1765 fol. summo studio se antiquam versionem recensuisse gloriatus est, „sedulo collatis variis lectionibus, quas Cotelerius et Fellus e codicibus mss. in medium protulere, quod passim neglexisse Clericum eiusque exscriptorem Russelium sumus experti." septima demum meae editionis plagula impressa Gallandium accuratius contuli et cognovi, eum complures a Clerico praetermissas varias lectiones codicum, praecipue Lambethani ex editione Oxoniensi, adnotasse. itaque textus quidem ipse raro emendandus, sed variae lectiones addendae erant (p. 165 sq.). ceterum in his ipsis variis lectionibus Gallandio Clericum et Fabricium propter minima errata vituperanti non semper fides habenda est. et ipse Mand. V, 1 p. 44, 5 om. domino, 12 om. suum, Sim. VI, 5 p. 99, 17 om. deliciis ac.

Fabricii et Gallandi editiones optimas esse iudicavit et duces selegit Car. Ios. Hefele (Patrum apostolicorum opera. Tubing. 1839. ed. II. 1842. ed. III. 1847. ed. IV. 1855).

hi omnes editores textum vulgatum paululum correctum repetierunt. textum vero etiam magis emendandum esse iam Clericus cognovit, qui ad Sim. IX, 6 p. 123, 2. 3 notavit: „Ex multis indiciis intelligere est, Anglicanos codices, quorum variae lectiones sub paginis huius editionis leguntur, meliores esse iis, ex quibus expressae sunt vulgatae Hermae editiones. sed duo sunt potissimum, ex quibus hoc colligere liceat. alterum est, voces bene latinas, sed saeculis barbaris minus usurpatas in iis comparere, quae in notiores sequiori aevo mutatae leguntur in aliis codicibus. alterum, alias voces barbaras quidem illas, sed ante aliquot saecula non amplius usitatas in iis occurrere, quae non leguntur in editionibus. huius generis est vox d i g n i t o s u s, non aevi quidem Ciceroniani, sed nec infimi. — at Ciceroniani temporis est vox d i s p u t a r e pro eo quod est agere de re quapiam, quae legitur in memoratis codicibus Anglicanis et passim mutata est in c o g i t a r e; quod ex scriptura non intelligerent eam vocem alio sensu, quam altercandi. vide ad Similitudinem secundam huius libri tertii. plura exempla possent afferri, sed studiosum lectorem monu-

isse satis erit.“ nondum cognovit vir doctissimus, haec ipsum editorem principem pleraque temere mutasse.

Pastoris versionem latinam accurate nondum editam esse asseruit Rudolphus Anger in libro: Hermae Pastor. graece primum ediderunt et interpretationem veterem latinam ex codicibus emendatam addiderunt Rudolphus Anger et Guilielmus Dindorf. Pars prior, quae graecum textum continet. Lips. 1856. nam Anger praefatus est: Pastoris nonnisi latinam interpretationem ad nos pervenisse, eamque hic illic adeo corruptam, ut vix sanam exsculpere sententiam possis. novam igitur Pastoris editionem praeparavit vir doctissimus tum ad codices ipsos tum ad graeca emendatam. „quum suspicio esset (brevi post satis confirmata), lectiones latinas hucusque editas non idonea esse cum diligentia conquisitas, ex re esse videbatur, ut in Anglia et in Gallia latini Pastoris codices denuo conferrentur; quod ut fieret, curare Dindorfius in se recepit; codicis Dresdensis lectiones variantes ipse, ut iam dictum est, excerpsi.“

iam proximo anno Albertus Rud. Max. Dressel inter „Patrum apostolicorum opera“, Lips. 1857, Pastorem latinum edidit valde aucto apparatu critico. vir doctissimus accurate contulit codicem Vaticanum 3848 in 4⁰ mai., membraneum, qui fol. 1—40 Hermae Pastorem exhibet. exaratus est exeunte sec. XIV.: „Codex Vat. ex eodem fonte pervenit, quo illi, quibus Cotelerius et Fellus usi sunt; propius tamen accedit ad Ms. Lambethanum. haud raro negligenter scriptus est, hic et illic manu docta correctus, bonas lectiones exhibens haud paucis pravis commixtas.“ etiam alteram latinam Pastoris interpretationem fere integram primus Dressel edidit e codice Palatino 150 saec. XIV, „a vulgata illa centies in melius declinantem ambiguisque in casibus fere semper praestantiorem“. [1]) nimiam huius versionis laudem bene imminuit R.

---

1) nonnulla in hac editione emendanda sunt. Vis. I, 3 p. 413, 7 suam, l. tuam. p. 413, 10 conservavit, l. conservabit. II, 2 p. 417, 15 nolitis, l. nolite. c. 3 p. 419, 5 maxima, l. Maximo. III, 1 p. 421, 6 mavis, l. manes (χρονίζεις). c. 5 p. 427, 21 non, l. novi (νέοι). p. 427, 22 l. quoniam [non] inventa est in eis malitia. Mand. V, 1 p. 453, 22 „amplecte incude“ Dressel perperam edidit: „amplecte in cute“, l.: ample et iucunde (ἐν εὐρυχώρῳ). XI p. 475, 16 et nihil omnino interrogat ait (Dress.: etiam) secreta loquitur, l. et nihil omnino interrogatus aut secrete loquitur (καὶ οὐδὲν οὐδενὶ ἀποκρίνεται ἐπερωτώμενος, οὐδὲ καταμόνας λαλεῖ). p. 477, 13 de gulis, l. de tegulis (ἀπὸ κεράμου).

A. Lipsius in censura Tischendorfianae graecae editionis (Literar. Centralblatt 1856, n. 47 p. 747 sq.), qui hanc recentiorem interpretationem ab antiquiori illa omnino non pendere censuit [1]).

equidem quum Ezram prophetam ederem in libro: Messias Iudaeorum, Lips. 1869, a v. cl. Lagardio admonitus codicem Dresdensem adhibui (cf. l. l. p. XXX sq.). hunc codicem seculi XV, qui Pastorem inter Psalmos et Proverbia Salomonis exhibet (p. 247—266), Vaticano inveni cognatum. vocabulorum ordo saepe invertitur, iam critico quodam iudicio scriba usus est, variantibus lectionibus recensitis [2]). huius igitur codicis praestantia cognita variantes lectiones descripsi, ut oportuno tempore Pastorem latinum ederem. nam in graeco textu, quem e codicibus Sinaitico et Lipsiensi edidi (Lips. 1866), desunt ultima (Sim. IX, 30 p. 155, 7 inde a vocc.: de ceteris montibus adiecisset). et gratiae habendae sunt veteri interpreti, cui per tot secula solam totius Pastoris notitiam debebamus. emendato autem textu corrupto optimas eidem gratias agimus.

ad antiquos codices Hermae Pastor nondum vere redactus est. mihi autem praeter Gallicos et Anglicanos codices, quorum variantes lectiones Cotelerius et Fellus recensuerunt, certum fundamentum suppeditaverunt codices Dresdensis (*D*), quem ipse accuratissime descripsi [3]), et Vaticanus, quem Dressel non minus accurate contulit (*Vat.*). vitia quidem etiam in optimis codicibus animadvertuntur, qui nonnulla omiserunt

---

Sim. V, 6 p. 497, 22 purus, l. primus. IX, 9 p. 539, 13 culta l, sculpta ἐκκεκολαμμένος). c. 25 p. 557, 37 traditio, l. transitio (ἡ πάροδος). X, 2 p. 569, 13 hic, Dress. male edidit: hinc.

1) hac in re a collega clarissimo dissentio. unde tandem recentiori latino interpreti cum vetere communis vocabuli νηστεία versio: hostia Sim. V, 3 p. 80, 15? etiam Vis. I, 3 p. 6, 4 uterque interpres βιωτικῶν vertit: secularibus.

2) Mand. VIII p. 51, 16 a lauticia alias ab auaricia. Sim. IV p. 75, 7 consumentur al's comburentur. V, 5 p. 83, 1 ei al's illi. VIII, 6 p. 107, 7 functi al's funesti. IX, 8 p. 126, 16 structure al's instructi c. 9 p. 128, 8 abiecti sunt vel erant. c. 20 p. 144, 16 tales al's omnes. c. 26 p. 149, 9 habentes al's agentes. interpretatio additur Mand. XI p. 52, 6 stipaveris i [i. e.] posueris.

3) parvi refert, quod in paucis locis incertus sum, fortasse una vel altera lectione variante non observata, cf. Vis. I, 3 p. 9, 8 dicens. var. l. docens. nam textus ipse mihi satis certus esse videtur.

propter homoeoteleuta vel aliis de causis neque omnino ab erroribus immunes sunt. nonnunquam editionem principem praeferendam esse docuit graecus textus, quo suadente ipsum textum vulgatum hic illic praetuli. vulgatum autem textum brevi appellavi eum, qui Cotelerio cum Dresselio communis est (*v.*). Palatina quoque versio (*Pal.*) comparanda erat, e qua lacunas scribarum socordia ortas plerasque supplevi.

non omnes lacunas e graecis et Palatina versione supplevi. nam vetus interpres iam ipse nonnulla in graecis non legisse videtur [1]), nonnunquam sententias contraxit [2]). mihi autem sola vetus latina interpretatio edenda erat. interpres etiam nonnulla mutavit [3]) vel addidit [4]). nihilo minus res universa ei bene successit [5]) et antiquae latinitatis ecclesiasticae insigne monumentum exegit. Barthius quidem hanc versionem rusticam, semibarbaram, semiveterem appellavit. sed ei merito oblocutus est Cotelerius.

ceterum iam ante omnes codices nostros ipsa vetus in-

---

1) Sim. VI, 1 ultima etiam in Palatina versione desunt et in graeco codice Lipsiensi e Pseudo-Athanasio supplenda erant.

2) equidem non ausus sum supplere ea, quae Mand. VI, 1 p. 48, 4. c. 2 p. 50, 6, comparatis graecis, desiderantur.

3) cf. ipsum initium Vis. I, 1 p. 2, 6: Qui enutrierat me, vendidit quandam puellam Romae (*ὁ θρέψας με πέπρακέν με Ῥόδῃ τινὶ εἰς Ῥώμην*). Mand. IV, 1 p. 39, 4. 5 tu autem memor esto domini semper omnibus horis et nunquam peccabis (*τῆς δὲ σῆς μνημονεύων πάντοτε γυναικὸς οὐδέποτε διαμαρτήσεις*).

4) cf. Vis. I, 4 p. 2, 9—12 cum graecis. II, 3 p. 10, 12. 13 oblivio enim malorum vitam aeternam cooperatur.

5) non mirum, quod vetus interpres in graecis reddendis etiam lapsus est. Vis. III, 1 p. 13, 12 ex ea (*ἐξαυτῆς*, statim). c. 8 p. 24, 18 turrim super (*ἔτι* legit *ἐπὶ*) aedificari. IV, 3 p. 34, 8 quo loco (*τρόπῳ* legit *τόπῳ*) abiit. Mand. XI p. 60, 15 nec singulis respondet (*οὐδὲ καταμόνας λαλεῖ*, Pal. aut secrete loquitur). Sim. V, 6 p. 84, 6 quia nuncius audit (*ἄκουε* legit *ἀκούει*). Sim. VIII, 1, p. 97, 14. 15 „tunc demonstrabitur tibi, quid significet nuncius ille, qui populo porrexerat virgas.“ interpres enim conniunxit: *καὶ δηλωθήσεταί σοι τὸ τί ἔστιν ὁ ἄγγελος ὁ ἐπιδεδωκὼς τῷ λαῷ τὰς ῥάβδους*. graece potius quam latine scripsit Sim. V, 7 p. 86. 3. 4: „Prioribus,“ inquit, „rebus, quae per ignorantiam admiserunt,“ Mand. IX p. 54, 1 quoniam quomodo (*ὅτι πῶς*). graeca quoque verba nonnumquam retinuit, Vis. III, 11 p. 28 10 acedias Mand. XI p. 63, 1 siphonem aquae et siphoniza. Sim. VI, 1 p. 81, 17 synthesim. VIII, 4, p. 103, 5 sabano (bis). VIII, 7 p. 109, 4 zelum.

terpretatio paululum mutata esse videtur. Vis. I, 1 p. 2, 13, 14 legimus: proficiscens cum his cogitationibus (*πορευομένου μου εἰς κώμας*). eadem graeca verba Vis. II, 1 p. 8, 2 redduntur: Cum vero proficiscerer Cumis (codd. cum his). suspicor, etiam priore loco scriptum fuisse: „cum his", scribam aliquem addidisse: cogitationibus. Sim. V, 2 p. 77, 8 additur: affuturis. IX, 27 p. 151, 10. 11: alii vero hi lapides. Sim. V, 6 p. 84, 6—8 primo ad oram scripta esse videntur haec: in quo habitaret deus, collocavit intellectus scilicet corpore", quae cod. Lamb. l. 7 post: „hoc ergo corpus", ceteri l. 7 post: „in corpore" inseruerunt. idem cod. Lamb. etiam alius corruptionis testis insignis est. nam solus Lamb. Mand. XI. XII ad ordinem in graeco textu, versionibus Palatina et aethiopica servatum propius accedit. et ipse quidem Lamb. Mand. X, 1 p. 56, 13 post „hominum ethnicorum" perperam inseruit, quae ad Mand. XI. p. 59, 5—60, 7 pertinent: „et alius mendax prophetes est — loquitur secundum desiderium". sed illum verborum ambitum, quem ceteri codices in Mand. XII, 2 p. 64, 7 post: „primum omnium" transtulerunt, Lamb. Mandato XI servavit, quamvis non recto loco. nam in Lamb. Mand. XI, p. 62, 10 post: „quales veniunt, tales inveniuntur" leguntur: „terrestris est et levis — non convenit hoc facere dei prophetam", quae ad p. 60, 7 post: „secundum desiderium" pertinent. cuius corruptionis origo haec esse videtur: singulae paginae vel paginarum columnae, viginti fere lineis meae editionis respondentes, transpositae vel inversae sunt. itaque Mand. XI p. 59, 5—60, 7 in omnibus huius latinae versionis codicibus iam Mand. X p. 56, 13 posita sunt, Mand. XI p. 60, 7—61, 14 in Lamb. transposita leguntur p. 62, 10, in ceteris codicibus Mand. XII, 2 p. 64, 7. Lambethanum ordinem defenderunt Wakius, Gallandius, secuti sunt Hefele, Dressel.

etiam hac in re vetus interpretatio restituenda est secundum graeca. sed graeca quoque a vetere interprete emendantur. etiam meae graecae editioni[1]) profuit veteris latinae interpretationis editio accuratior.

## Sim. VI, 3.

| p. 96, 10—15 graece. | p. 91, 2—11 latine. |
|---|---|
| *ὅταν οὖν θλιβῶσι πάσῃ θλίψει, τότε ἐμοὶ παραδίδονται εἰς ἀγαθὴν παιδείαν καὶ ἰσχυ-* | cum igitur perpessi fuerint omnem vexationem et incommodum, tunc traduntur mihi ad |

1) Prolegomenis p. XI addendum est Clementis Alexandrini testi-

*ῥοποιοῦνται ἐν τῇ πίστει τοῦ κυρίου καὶ τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν δουλεύουσι τῷ κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ αὐτῶν· [ἂν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀνανήψωσι, τότε συνίουσιν ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν οὐκ εὐωδοῦντο καὶ δοξάζουσι τὸν κύριον, ὅτι δίκαιος κριτής ἐστι, καὶ δικαίως ἔπαθον καὶ ἐπαιδεύθησαν κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν· τὸ δὲ λοιπὸν δουλεύουσι τῷ κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ αὐτῶν] καὶ εὐοδοῦνται ἐν πάσῃ πράξει αὐτῶν, λαμβάνοντες παρὰ τοῦ κυρίου πάντα ὅσα ἂν αἰτῶνται.*

bonam admonitionem et firmantur in fide domini et reliquos dies serviunt domino mente pura. et cum coeperint delictorum agere poenitentiam, tunc ascendent in praecordiis eorum opera sua, in quibus se nequiter gesserunt, et tunc dant deo honorem dicentes iustum iudicem eum esse, meritoque se omnia esse passos secundum facta sua, scilicet quisque eorum. in reliquum vero serviunt domino mente pura et successum habent in negotiis suis omnibus accipientes a domino quaecunque poscunt.

quae in graecis uncinis inclusi propter homoeoteleuton omissa esse etiam Pal. docet: „cum coeperint delictorum agere poenitentiam, tunc ascendit in praecordiis eorum opera sua, in quibus nequiter gesserunt, et tunc deo dant honorem dicentes iustum eum iudicem esse, meritoque se omnia passos secundum sua unumquemque facta, in reliquo vero serviunt domino mente pura“ etc. graeca supplevi e Pseudo-Athanasio, additis verbis: *τὸ δὲ λοιπὸν δουλεύουσι τῷ κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ αὐτῶν.*

Sim. VIII, 3.

p. 104, 17—19.

*Τίνες οὖν, φημί, κύριε, εἰσὶν οἱ ἐστεφανωμένοι καὶ εἰς τὸν πύργον ὑπάγοντες; [Ὅσοι μετὰ τοῦ διαβόλου ἐπάλαισαν καὶ ἐνίκησαν αὐτόν, ἐστεφανωμένοι εἰσίν], οὗτοί εἰσιν οἱ ὑπὲρ τοῦ νόμου παθόντες.*

p. 102, 7—11 latine:

„Qui sunt ergo“, inquam, „in turrim euntes coronati“? ait mihi: „Quicunque cum diabolo luctati vicerunt eum, illi sunt coronati. hi autem sunt, qui, ut servarent eam legem, perpessi sunt iniqua.

uncinis inclusa supplevi, cf. Pal.: „et dixi ei: „Domine, qui sunt in turrem euntes coronati?“ ait mihi: „Quicunque luctati sunt cum diabolo et vicerunt eum, illi sunt coronati,

---

monium in Eclogis ex propheticis 9. 45 p. 1000: *ἡ μακροθυμία γλυκύτης ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι.* Herm. Mand. V, 1 p. 47, 5. 6 *βλέπεις οὖν ὅτε ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι.* iam Theodorus Zahn monuit, Sim. IX, 13 p. 127, 11 post *τὸ ὄνομα* me omisisse: *τοῦ υἱοῦ.*

id est ipsi sunt, qui custodierunt legem et perpessi sunt omnia.“ aeth.: „et dixi ei: „Domine, quinam sunt illi, qui coronati in turrim ascenderunt?“ et respondit et dixit mihi: „Hi, qui coronati sunt, sunt ii, qui cum Satana colluctati eum vicerunt, qui coronati sunt ob religionem suam.“

Sim. VIII, 8.

p. 110, 9. 10 graece.

*πολλοὶ οὖν μετενόησαν [καὶ εἰς τὸν πύργον κατοικεῖν ἤρξαντο. πολλοὶ δὲ ἀπὸ θεοῦ εἰς αἰῶνα ἀπέστησαν. οὗτοι οὖν τὴν ζωὴν ὅλως ἀπώλεσαν]· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐδιψύχησαν καὶ ἐδιχοστάτησαν.*

p. 110, 10—14 latine:

ex his igitur multi egerunt poenitentiam atque in turri habitare coeperunt. et multi a deo in perpetuum recesserunt. hi igitur in totum amiserunt vitam. quidam vero dubia mente concepta dissensiones concitaverunt.

quae uncis inclusa snnt supplevi, cf. Pal.: „ex his igitur multi egerunt poenitentiam atque in turre habitare coeperunt. et multi a deo in perpetuum recesserunt, qui et in finem amiserunt vitam. quidam vero ex ipsis dubii, dubia mente conlecta, dissensiones fecerunt“. aeth.: „et multi ex iis poenitentiam egerunt et in tnrrim ascenderunt et permanserunt. et multi in perpetuum abnegaverunt dominum; ii autem in perpetuum vitam suam perdiderunt. et quidam ex illis dubitaverunt“.

Sim. VIII, 11.

p. 112, 9—11 graece:

*καὶ ζήσονται τῷ θεῷ. [οἱ δέ, φησίν, προστιθέντες ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν καὶ ἀναστρεφόμενοι ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου κατακρινοῦσιν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον]. σὺ δὲ πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς μου, καὶ ζῆθι [τῷ θεῷ· καὶ ὅσοι πορεύσονται ἐν αὐταῖς καὶ ὀρθῶς αὐτὰς ἐργάσονται, ζήσονται τῷ θεῷ]. ταῦτά μοι δεῖξας καὶ λαλήσας πάντα λέγει μοι.*

p. 114, 2—7 latine:

„et vivent deo. qui vero“, inquit, „adiecerint ad delicta sua et conversi fuerint in desideriis huius seculi, damnabunt se ad mortem. tu vero ambula in mandatis meis et vives deo, et quicunque ambulaverint in his et recte ea exercuerint, vivent deo.“ postquam enim haec omnia mihi ostendit, ait mihi:

graeca suppleta testatur Pal.: „et deo vivent. qui vero ad delicta sua adiecerint et conversati fuerint in desideriis huius seculi, damnabunt se ad mortem. tu vero in mandatis meis ambula et cum deo vives, tu et quicunque in ipsis ambulaverint et ea exercuerint recte, vivent deo. et postquam haec ostendit,

dixit mihi“. aeth.: „et vivent domino. et omnes, qui peccatis suis adiiciunt et in concupiscentia huius seculi ambulant, morti se ipsos subditos faciunt. tu autem ambula in mandatis meis et vives, et omnis qui in iis ambulaverit et rectum fecerit, domino vivet.“ et haec ostendit mihi. post haec omnia mihi locutus est et dixit“:

Sim. IX, 9.

p. 122, 19—21 graece.

*ἐκλήθησαν δὲ γυναῖκες δώδεκα, εὐειδέσταται τῷ χαρακτῆρι, μέλανα ἐνδεδυμέναι, [περιεζωσμέναι, ἔξω τοὺς ὤμους ἔχουσαι] καὶ τὰς τρίχας λελυμέναι.*

p. 128, 4—6 latine:

vocatae deinde sunt mulieres speciosissimae duodecim nigra veste vestitae, incinctae et exertis humeris, capillis vero dissolutis.

haec fere supplenda esse docet etiam Pal.: „et ecce mulieres duodecim valde speciosissimae, nigra veste vestitae et ab humeris cinctae et capillis solutis“. aeth.: „deinde vocaverunt mulieres XII venustas et pulchras aspectu, et vestitae erant vestimentis nigris et succinctae erant, et extensae earum manus, et soluti capilli earum“.

minores singulorum vocabulorum graecorum emendationes hic addere nolo. de graeco latinoque Pastore asserere licet, quod manus manum lavat. veterem igitur latinum Pastorem non frustra edidisse mihi videor.

**A. H.**

scripsi Ienae.
ante d. XII. Cal. Nov.
MDCCCLXXII.

# Pastor.

In hoc corpore continetur liber qui appellatur Pastoris, quem Stus Hieronymus presbyter in catalogo illustrium virorum inter ecclesiasticos scriptores ita meminit dicens: Hermam, cuius apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit: „Salutate Flegontem, Hermen, Patrobam, Hermam et qui cum eis sunt fratres.“ asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor et apud quasdam Graeciae ecclesias et publice legitur. revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia, sed apud Latinos paene ignotus est.

Argumentum.

Liber Pastoris nuncii poenitentiae. Mandata ac similitudines eius, in quibus apparuit et locutus est Hermae, cui

---

1. Ed. pr. Hermae discipuli Pauli liber.

2. Ed. praem.: Explicit praefacio Sti Jeronimi in psalterium. Incipit prologus eiusdem super pastorem. Vat. praem.: Incipit prologus libri pastoris. Ed. pr. praem.: Prologus in librum Pastoris ex Hieronymo. — 2. 3. In hoc corpore continetur liber qui appellatur Pastoris, quem c. D. Vat., om. ed. pr. — 4. Hermam c. ed. pr., Herman Vat., Herma D. — 5. Paulus c. Vat. ed. pr., om. D. — 5. 6. Flegontem c. D., flegontam Vat., Phlegonta ed. pr. — 6. Hermen c. Vat. ed. pr., Hermam D. — Hermam c. D. ed. pr., Herman Vat. — 7. asserunt c. D. ed. pr., et asserunt Vat. — 8. et publice c. D. (etiam publice Hieron.), publice Vat. ed. pr. — 9. usurpavere c. D. ed. pr., usurpaverunt Vat. —

11. Argumentum c. ed. pr., sequitur argumentum D., liber pastoris Vat. — 12. ac c. Vat. ed. pr., at ac D. — 13. in quibus c. D. ed. pr., quibus Vat. —

etiam in principio apparuit Ecclesia in variis figuris. sunt ergo visiones Ecclesiae numero quatuor, pastoris nuncii poenitentiae visionum numerus quinque. mandata eiusdem numero duodecim. similitudines ipsius numero decem.

## Visio I.

[1] Qui enutrierat me vendidit quandam puellam Romae. post multos annos hanc ego recognovi, et coepi eam diligere ut sororem. post tempus aliquod lavari eam in flumine Tiberi vidi et porrexi ei manum et eduxi eam de flumine. visaque ea dixi: „Felix essem, si talem uxorem haberem". et speciem cum vidissem, cogitabam in corde meo dicens: „Felix essem, si talem uxorem haberem et specie et moribus". hoc solum cogitavi nec ultra aliquid cogitavi. post tempus aliquod proficiscens cum his cogitationibus et honorificans creaturam dei,

---

2. Ecclesiae numero — numerus quinque c. D. Vat., quinque, scilicet ecclesiae numero quatuor et Pastoris nuncii poenitentiae visio una ed. pr. — 3. eiusdem numero e. Vat. ed. pr., eius D. — 4. decem c. Vat. ed. pr., decem. Explicit argumentum super librum pastoris. iam sequitur liber suus, cuius titulus est Pastor, et primo incipit capitulum primum D.

5. om. D. — 6. Qui c. Vat. ed. pr. v., Que D. — enutrierat c. D., enutriverat (Vat.?) ed. pr. v. — vendidit c. D. ed. pr. v., vendit Vat. — 7. annos c. D. Vat., autem annos ed. pr. v. — hanc c. D. Vat., hanc visam ed. pr. v. — recognovi (ἀνεγνωρισάμην) c. ed. pr. v., cognovi D. Vat. — 7. 8. ut sororem c. D. Vat. v., tamquam sororem ed. pr. — 8. post tempus aliquod c. Bodl. D. Lamb. Vat., exacto autem tempore aliquo ed. pr. v. — lavari eam c. D. Vat. v., eam lavari ed. pr. — Tiberi c. ed. pr. v., tiberis D., tibris Vat. — 9. eduxi c. D. ed. pr. v., duxi Vat. — de c. D. Vat. ed. pr., e v. — 10. dixi: „Felix essem, si talem uxorem haberem". et speciem cum vidissem c. Bodl. Carm. D. Germ. Lamb. Vat., om. ed. pr. v. ἰδὼν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς gr. — 12. 13. haberem et specie et moribus. hoc solum cogitavi c. B. C. D. (haberem specie) G. L. Vat., et specie et moribus sortitus essem. hoc solum ed. pr. v. — 13. aliquid c. B. C. D. G. L. Vat., quicquam ed. pr. v. — tempus c. D. Vat., tempus autem ed. pr. v. — 13. 14. proficiscens cum his cogitationibus (πορευομένου μου εἰς κώμας) c. D. Vat., cum his cogitationibus proficiscens ed. pr. v. (iis). — 14. et honorificans (καὶ δοξάζοντος) c. D., proficiscens honorificans Vat., honorificabam ed. pr. v. — 14. 15. dei, quam c. D. Vat. G. Vict.,

quam magnifica et pulcherrima sit, et dum ambulassem, obdormivi. et spiritus me rapuit et tulit me per quendam locum desertum, per quem non poterat homo iter facere. erat autem locus ille in rupibus et abruptus ab aquis. cumque transissem locum illum, veni ad planitiem, et genibus positis coepi orare dominum et confiteri peccata mea. et orante me apertum est caelum, et video mulierem illam quam concupieram salutantem me de coelo et dicentem: „Herma, ave.“ et ego prospiciens illam dico ei: „Domina, quid tu hic facis“? at illa respondit mihi: „Recepta sum, ut peccata tua arguam apud dominum“. „Domina“, inquam, „nunc tu me arguis“? „Non“, inquit, „sed audi verba quae tibi incipio dicere: Deus, qui in caelis habitat et condidit ex nihilo ea quae sunt et multiplicavit propter sanctam ecclesiam suam, irascitur tibi, quoniam peccasti in me“. respondens dico ei: „Domina, si in te ego peccavi, ubi, aut in quo loco, aut quando tibi turpe verbum locutus sum? nonne semper te ac si dominam arbitratus sum? nonne semper te veritus sum velut sororem? quid

---

dei cogitans, quam ed. pr. v. — 1. pulcherrima c. D. Vat., pulcra ed. pr. v. — 2. 3. per quendam locum desertum (δι᾽ ἀνοδίας τινὸς) emend., per quendam locum ad dexteram codd. et edd. — 3. non poterat homo iter c. Vat. ed. pr. v., iter non poterat homo D. — 4. abruptns ab aquis (ἀπερρωγὼς ἀπὸ τῶν ὑδάτων) c. G. Vict., abrutus ab aquis D., abrupens ab aquis Vat., abruptus et invius ab aquis ed. pr. v. — 7. apertum est c. D. ed. pr. v., apertum Vat. — illam c. Vat. ed. pr. Dress., om. D. Cot. — 7. 8. concupieram c. D. Vat., concupiveram ed. pr. v. — 9. Domina, quid tu hic (οὐ ὧδε) facis c. D. (hic tu) ed. pr. v., Quid hic facis, domina Vat. — 10. at c. D. ed. pr. v., ac Vat. Dress. — Recepta c. D ed. pr. v., precepta C. Vat. — sum c. D. G. Vat. Vict., sum hic ed. pr., sum huc v. — 11. apud dominum (πρὸς τὸν κύριον) c. ed. pr. v., a domino D. Vat. — inquam (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — nunc tu (Νῦν οὐ) c. D., nec tu Vat., tu ne ed. pr., num tu v. — arguis c. D. Vat. ed. pr., argues v. — 12. Non c. Vat. ed. pr. v., Que D. — audi c. D. ed. pr. v., audivi Vat. — tibi incipio dicere c. C. Vat., incipio tibi dicere D., tibi dictura sum ed. pr. v. — Deus c. D. ed. pr. v., dominus Vat. — 16. ubi c. D. ed. pr. v., et ubi Vat. — in quo c. D. Vat., quo in ed. pr. v. — turbe D. — 17. verbum c. D. Vat., verbum aliquod ed. pr. v. — nonne semper c. Vat. ed. pr. v., nam mia D. — ac si c. D. Vat., quasi ed. pr. v. — dominam (κυρίαν) c. ed. pr. v., deam Vat., debeam D. — 18. nonne c. Vat. ed.

mei commentiris, mulier, haec tam nefanda"? tunc illa arridens mihi ait: „In corde tuo ascendit concupiscentia nequitiae. aut non videtur tibi, viro iusto saevam rem esse, si ascendit in corde illius mala concupiscentia? peccatum est enim, et quidem magnum. iustus enim vir iusta cogitat. cogitante ergo illo quae iusta sunt et recte ingrediente illo in caelis propitium habebit dominum in omni negotio suo. qui autem nefanda cogitant in cordibus suis, mortem et captivitatem sibi assumunt, maxime hi qui seculum hoc diligunt et gloriantur in divitiis suis. et qui non expectant futura bona, vacuantur animae eorum. haec autem faciunt dubii, qui non habent spem in domino, et contemnunt et negligunt vitam suam. sed tu ora ad dominum, et sanabit peccata tua totiusque domus tuae et omnium sanctorum".

[2] postquam autem locuta est verba haec, clausi sunt caeli, et ego totus eram in moerore et metu et dicebam intra me: „Si hoc mihi peccatum ascribitur, quo modo potero salvus esse, aut quo modo exorabo dominum pro peccatis meis

---

pr. v., mîa D. — te veritus sum (σε ἐνετράπην) c. ed. pr., reveritus sum D., te veritus Vat., te reveritus sum v. — 2. mei c. D. Vat., michi ed. pr., in me v. — commentiris c. D. Vat. Dress., commentaris ed. pr., comminisceris v. — mulier (ὦ γύναι) c. D., om. Vat. ed. pr. v. — 3. aut c. D. Vat., an ed. pr. v. — saevam rem c. D. Vat., rem saevam C. G., iniquam rem ed. pr., rem iniquam v. — ascendit (ἀναβῇ) c. Vat., ascendet D., ascenderit ed. pr. v. — 4. illius c. D. Vat. ed. pr., om. v. — est enim et (cf. gr.) emend., est ei et ed. pr. v., est enim D., ei Vat. — 5. magnum c. D. Vat., grande ed. pr. v. — iusta (δίκαια) c. ed. pr. v., iuste D. Vat. — 6. quae c. Vat. ed. pr. v., ea que D. — ingrediente illo c. D. Vat., eo ingrediente ed. pr. v. — 8. sibi c. D. Vat. ed. pr. Dress., om. v. — 9. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 9. 10. in divitiis suis mortem et captivitatem sibi assumunt et qui Vat. — 10. futura bona c. Vat. ed. pr. v., bona futura D. — vacuantur c. D. Vat. ed. pr. v., vagantur Mss. Cot. — 10. 11. eorum c. Vat. ed. pr. v., illorum D. — 11. haec c. Vat. ed. pr. v., hoc D. — 11. 12. domino c. Vat. ed. pr. v., deo D. — 12. et negligunt vitam c. D. ed. pr. v., negligunt viam Vat. —

16. autem locuta est c. D. ed. pr. v., locuta est autem Vat. — moerore c. D. ed. pr. v., memore Vat. — 18. dominum c. Vat. ed. pr. v., om. D. —

plenissimis? quantis verbis rogabo dominum, ut mihi propitius sit? haec me recogitante et discernente in corde meo, video contra me cathedram de lanis candidis sicut nix factam magnam. et venit mulier anus in veste splendida, habens librum in manu, et sedit singularis et salutavit me: „Herma, ave“. et ego moestus et plorans dixi: „Domina, ave“. et illa dixit mihi: „Quid moestus es, Herma, qui eras patiens et modestus et semper hilaris“? respondens dico ei: „Domina, contumelia obiecta est mihi a muliere optima dicente quoniam peccavi in eam“. at illa dixit: „Absit a servo dei res ista. sed forte in corde tuo ascendit illa. est quidem in servis dei talis cogitatio peccatum inferens. non enim cogitatio haec debet esse, abhorrenda servo dei, et spiritus probatus concupiscere in malum opus, et praecipue Herma, qui est continens ab omni pollutione scelesta et est omni simplicitate plenus et innocentia magna. [3] sed non causa tui irascitur deus, sed propter domum tuam, quae nefas admisit in dominum et in vos parentes suos. et tu cum sis amator filiorum, non commonuisti domum

1. plenissimis c. D. Vat., abundantissimis ed. pr. v. — quantis c. D. Vat., quibus ed. pr. v. — 2. recogitante c. D. Vat. v., cogitante ed. pr. — 3. kathedram D. (semper). — 4. splendida c. Vat. ed. pr. v., candida D. — 5. manu c. Vat. ed. pr. v., manu sua D. — singularis c. D. Vat., sola ed. pr. v. — 7. eras c. D. Vat. ed. pr. v, es G. — 8. Domina, domina D. — 9. contumelia c. D. Vat. ed. pr. v., lascivia Mss. Angl. — obiecta est mihi c. Vat. ed pr., mihi obiecta est D. v. — quoniam c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 10. at c. D. ed. pr. v., ac Vat. Dress. — dixit c. D. Vat., dixit mihi ed. pr. v. — 11. illa (περὶ αὐτῆς) c. D. Vat., illius concupiscentia ed. pr. v. — 12. 13. cogitatio haec debet esse, abhorrenda servo dei c. Vat., cogittacio hec debet abhorrenda esse servo dei D., debet haec cogitatio abhorrenda esse in servo dei ed. pr. v. — 13. 14. et spiritus (spiritu C.) probatus concupiscere in malum opus c. D. Vat. (et spetie probatus etc.), neque spiritus probatus concupiscere in malum opus ed. pr. v. (om. in). — 14. Herma c. D. Vat., Hermas ed. pr. v. — 14. 15. pollutione c. D. (polucione) Vat., concupiscentia ed. pr. v. — 16. sed c. D. Vat., verumtamen ed. pr. v. — tui c. D. ed. pr. v., tua Vat. Dress. — irascitur c. D. ed. pr. v., irascetur Vat. — deus c. D. Vat. Dress., dominus ed. pr. v. — 17. vos (ὑμᾶς) emend., nos D., om. Vat. ed. pr. v. — 18. commonuisti c. Vat. ed. pr. v., comovisti D. —

tuam, sed dimisisti illos conviolari saeve. propter hoc irascitur tibi dominus, sed sanabit omnia quae ante gesta sunt mala in domo tua. propter illorum enim peccata et iniquitates consumptus es a secularibus negotiis. iam enim misericordia dei miserta est tui et domus tuae et confortavit te in gloria. tu tantum noli vagari, sed animaequus esto et conforta domum tuam. tamquam aerarius producens opus suum obtingit rei cui vult, sic et tu verbum quotidianum iustum dicens abscides grande peccatum. ne desinas ergo commonere natos tuos. scit enim deus, quoniam poenitentiam agent ex toto corde suo et scribentur in libro vitae". cumque finisset verba haec, ait mihi: „Vis audire me legentem"? dico: „Et ego, domina, volo". „Esto ergo auditor". et revoluto libro legebat glorias magnifice et mirifice, quae non poteram in memoria retinere. erant enim verba terrifica, quae non poterat homo sustinere. novissima tamen verba in memoria mandavi. erant enim modica et utilia

---

1. conviolari saeve c. C. Vat., conviolare seve D., conversari violenter ed. pr. v. — propter hoc c. D. Vat. ed. pr., propter hoc enim v. — 2. sanabit (ἰάσεται) c. ed. pr. v., sanavit D. Vat. — ante c. C. D. G. Vat. ed. pr. Dress., in te Cot. — 5. miserta c. D. ed. pr. v., miserata Vat. — domus c. Vat. ed. pr. v., domui D. — confortavit te c. D. G. Vict., conservavit te ed. pr. v., conservavit Vat. — 6. animaequus c. v., animi equus D., animequius Vat., equanimis ed. pr. — 7. opus c. D. ed. pr. v., domum opus Vat. — obtingit (περιγίνεται) emend., obtinguit G. Vict., optumum D., opricuum Vat., exponit ed. pr. v. — 7. 8. rei cui vult (τοῦ πράγματος οὗ θέλει) emend., ei cui vult D. Vat. v., cui vult ed. pr. – 8. iustum (ὁ δίκαιος) c. ed. pr. v., iuste Vat., om. D. — dicens (ὁ λόγος) c. Vat., docens (D.?) ed. pr. v. – abscides c. D., absides Vat., abscindes ed. pr. v. — 9. commonere c. Vat. ed. pr. v., comovere D. — 10. deus, quoniam c. D. Vat. ed. pr., dominus, quod v. — 11. scribentur (ἐγγραφήσονται) emend., scribet te ed. pr. v., scribit te Vat., describit te D. — 12. dico: Et ego, domina volo (λέγω Κἀγὼ θέλω, κυρία) c. C. (sec Ang.) G. Vict., dico: Domina, ego volo D., dico: Domina, volo Vat. ed. pr., dico ei: Domina, volo v. — 13. ergo c. Vat. ed. pr. v., ergo, inquit D. – glorias c. D. Vat., gloriose ed. pr. v. — 13. 14. magnifice et mirifice c. D. Vat. Mss. Angl. Dress., et magnifice ed. pr. v. — 15. non poterat homo sustinere c. Vat. ed. pr. v., non homo sustinere poterat D. — 16. in memoria c. D. ed.

nobis: „Ecce deus virtutum, qui invisibili virtute et magno sensu suo condidit mundum et honorifico consilio circumdedit decorem creaturae suae et fortissimo suo verbo confixit caelum et fundavit terram super aquas et virtute sua potenti condidit sanctam ecclesiam suam, quam benedixit, ecce transfert caelos ac montes, colles ac maria, et omnia plana fient electis eius, ut reddat illis repromissionem, quam repromisit cum multo honore et gaudio, si servaverint legitima dei, quae acceperunt in magna fide“.

[4]cumque consummasset legendo, exurrexit de cathedra, et venerunt quatuor iuvenes et tulerunt iterum cathedram ad orientem. et vocavit me ad se et tetigit pectus meum aitque mihi: „Placuit tibi lectio mea“? dico ei: „Domina, haec mihi novissima placent, priora autem saeva et dura sunt“. at illa ait mihi: „Haec novissima iustis, priora autem refugis et ethnicis“. et cum loqueretur mecum, duo quidam viri apparuerunt et sustulerunt eam in humeris et abierunt, ubi et cathedra erat, ad orientem. hilaris autem discessit, et cum iret, ait mihi: „Confortare, Herma“.

---

pr., in verba memoria Vat., memoria v. — modica c. D. Vat., pauca ed. pr. v. — 2. 3. circumdedit decorem creaturae suae et fortissimo (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 3. confixit (πήξας) c. Vat. ed. pr. v., confinxit D. — 4. terras Vat. — 5. suam (αὐτοῦ) c. D. v., om. Vat. ed. pr. — 6. colles (τοὺς βουνοὺς) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — plana (ὁμαλὰ) c. B. C. D. L. Vict., plena Vat. ed. pr. v. — fient electis c. Vat. ed. pr. v., ellectis fient D. — 8. si c. D. ed. pr. v., om. Vat. — servaverint c. B. D. Vict. ed. pr., servarint Vat. v. —

11. iterum cathedram c. ed. pr., tricum cathedram Vat., kathedram iterum D., cathedram v. — 14. saeva et dura c. Vat. ed. pr. v., dura et seua D. — 14. 15. at illa ait mihi c. ed. pr., ac illa ait mihi Vat. Dress., ait illa mihi D., at illa ait Cot. — 15. iustis c. codd. et ed. pr., istis Cot. — 16. quidam c. D. Vat. v., quidem Vict. ed. pr. — 17. eam c. Vat. ed. pr., illam D. v. — in humeris c. D. Vat. ed. pr., humeris v. — erat c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 18. iret c. D. Vat. Dress., abiret ed. pr. v. —

## Visio II.

[1]Cum vero proficiscerer Cumis circa illud tempus, quo et anno priore, ambulans commemoratus sum anni prioris visionem. rursumque me abstulit spiritus et eduxit me in eundem locum, quo anno priore. cumque venissem ad illum locum, positis genibus coepi orare dominum et honorificare nomen eius, quod dignum me arbitratus sit et manifestaverit mihi peccata pristina. et cum surrexissem ab oratione, video contra me anum illam, quam et anno priore videram, ambulantem et legentem libellum aliquem. et ait mihi: „Potes haec electis dei renuntiare“? dico ei: „Domina, tanta in memoria retinere non possum. da autem mihi libellum et describam“. „Accipe“, inquit, „et restitues mihi eum“. ut autem recepi, in quendam locum agri secedens descripsi omnia ad litteram; non inveniebam enim syllabas. cumque consummassem scripturam libelli, subito de manu mea raptus est libellus, a quo autem, non vidi.

[2]post quindecim autem dies cum ieiunassem multumque dominum rogassem, revelata est mihi scientia scripturae. erat autem scriptura haec: „Semen tuum, Herma, deliquit in domino et prodiderunt parentes suos in nequitia magna et

1. Capitulum II. D. — 2. Cumis (εἰς κώμας) c. Dress., cf. Pal., cum his codd. et edd. — 3. priora D. — ambulans c. D. Vat. ed. pr. v., videram ambulans G. — 4. abstulit spetie et Vat. — eduxit c. D. Vat. ed. pr., duxit v. — 5. priore c. D. Vat. ed. pr. Dress., primo Cot. — 5. 6. cumque venissem — orare dominum c. C. D. (om.: coepi et: dominum) Vat. (genubus) ed. pr. Gall. Dress., om. Cot. — 6. honorificare c. C. D. Vat. ed. pr. Gall. Dress., honorificavi v. — 7. eius c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 8. surrexissem c. Vat. ed. pr. v., surrexissent D. — video (βλέπω) c. ed. pr. v., audivi D. Vat. — 9. priore c. Vat., priora D., superiore ed. pr. v. — 10. ellectis D. (saepius). — 11. tanta (τοσαῦτα) c. D. v., om. Vat. ed. pr. — 13. restitues mihi eum c. D. Vat. Dress., restituas mihi illum ed. pr. v. — 14. secedens (ἀναχωρήσας) c. ed. pr. v., sedens C. D. G. Vat. — 15. silabas D. — scripturam (γράμματα) c. D. ed. pr. v., scripturas Vat. —
18. dominum rogassem c. D. Vat. ed. pr., rogassem dominum v. — 19. 20. domino c. D. Vat., dominum ed. pr. v. — 20. in nequitia magna (ἐν πονηρίᾳ μεγάλῃ) c. ed. pr. v., in nequitiam magnam D., in equiciam magna Vat. —

audierunt proditores parentum et prodentes profecerunt. sed etiam nunc adiecerunt peccatis suis libidines et commaculationes nequitiae et sic impleverunt iniquitates suas. sed impropera verba haec filiis tuis omnibus et coniugi tuae, quae futura est soror tua. et ipsa enim compescat linguam suam, in qua malignatur. sed auditis verbis his continebit se et habebit misericordiam. erudietur enim, postquam improperaveris haec verba illi, quae mandavit mihi dominator, ut tibi revelentur. tunc remittentur illis peccata, quae iam pridem peccaverunt, et omnibus sanctis, qui peccaverunt usque in hodiernum diem, si ex toto corde suo egerint poenitentiam et abstulerint a cordibus suis dubitationes. iuravit enim dominator ille per gloriam suam super electos suos, praefinita ista die etiam nunc si peccaverit aliquis, non habiturum illum salutem. poenitentiae enim iustorum habent fines. repleti sunt dies poenitentiae omnibus sanctis, gentibus autem poenitentia usque in novissima die. dices ergo eis qui praesunt ecclesiis, ut dirigant vias in iustitia, ut recipiant in pleno repromissionem cum multa gloria.

---

1. prodentes c. D. G. L. v., prudentes Vat. ed. pr. — 2. adiecerunt peccata peccatis suis G. — 2. 3. commaculationes c. D. ed. pr. v., commoderationes Vat. — 4. verba haec c. Vat. ed. pr. v., hec verba D. — 6. sed c. C. D. G. Vat. Dress., et ed. pr. Cot. — habebit c. D. L. (Ang.) Vat., consequetur ed. pr. v. — 7. erudietur (erudientur Vict.) enim add. lat. interpres. — improperaveris c. D. ed. pr. v., improbaveris Vat. — 7. 8. haec verba illi c. D. Vat., illi haec verba ed. pr. v. fort. leg. illis (αὐτοῖς). — 8. mihi (μοι) emend., illi D. Vat. ed. pr., ille v. — ut c. D. Vat. ed. pr. v., om. G. — 9. remittentur c. D. ed. pr. v., emittentur Vat. — quae iampridem (ἃς πρότερον) c. ed. pr. v., que iam quidem D., qui iampridem Vat. — 10. et omnibus sanctis qui peccaverunt (καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις ἄφεσιν ἐπάγει τοῖς ἁμαρτήσασι) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 11. abstulerint c. D. ed. pr. v., abstulerunt Vat. — 11. 12. a cordibus suis c. Vat. ed. pr. (om. a) v., a corde suo D. — 14. illum c. D. Vat. ed. pr. v., illam Vict. — 15. habent fides fines D. — repleti c. D. Vat., impleti ed. pr. v. — 16. sanctis c. Vat. ed. pr. v., ellectis D. — poenitentia (μετάνοια) c. ed. pr. v., poenitentie D. Vat. — 16. 17. novissima die c. Vat., novissimam diem D., novissimo die ed. pr. v. — 17. vias c. D. Vat. ed. pr., vias suas v. — 18. repromissionem (τὰς ἐπαγγελίας) c. Vat. ed. pr. v., remis-

permanete ergo qui operamini iustitiam et sic facite, ut fiat transitus vester cum sanctis angelis. felices vos, quicunque sustinetis pressuram supervenientem magnam, et quicunque non negaverit vitam suam. iuravit enim dominus per filium suum: qui denegaverint filium seque despondentes vitam suam, qui nunc denegaturi sunt in advenientibus diebus. hi autem, qui unquam denegaverint, ob nimiam misericordiam propitius factus est illis. [3] tu autem, Herma, noli meminisse malorum filiorum tuorum, sed nec sororem tuam sinas, sed ut emundentur a pristinis peccatis. erudientur enim doctrina iusta, si tu iam non fueris memor malitiae illorum. memoria enim malorum mortem operatur, oblivio enim malorum vitam aeternam cooperatur. tu enim, Herma, magnas tribulationes seculares habuisti propter praevaricationes domus tuae, quoniam non pertinuit ad te de illis, et in negotiationibus tuis malignis implicitus es. sed illud te salvum faciet, quod non discesseris a

---

sionem D. — 1. fiat (γένηται) c. G. Vict,, sit D. Vat. ed. pr. v. — 2. transitus vester c. Vat. ed. pr. v., vester transitus D. — 5. qui denegaverint (τοὺς ἀρνησαμένους) c. D., qui denegaverit B. C. L. Vat. ed. pr. v. — 5. 6. seque despondentes vitam suam, qui nunc denegaturi sunt (ἀπεγνωρίσθαι ἀπὸ τῆς ζωῆς αὐτῶν, τοὺς νῦν μέλλοντας ἀρνεῖσθαι) c. B. C. D. L. Vat., et se spondentes se vitam illius: et ipsi denegaturi sunt ed. pr., et se, despondentes suam vitam, illi et ipsi denegaturi sunt illum Cot. — 6. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 7. unquam (πρότερον) emend., nunquam codd. et edd., primum coniecit Dress. — 8. meminisse malorum c. D. (meminere) Vat. ed. pr., meminisse iniuriarum v. — 9. sinas c. L. (Ang.) Vat., sines D., negligas ed. pr. v. — sed ut c. D. Vat., sed cura ut ed. pr. v. — 9. 10. emundentur (καθαρισθῶσιν) emend. (cf. Vis. III, 2. p. 14, 15, 17. III, 8. al.), emendentur ed. pr. v., emendetur D. Vat. — 10. erudientur (παιδευθήσονται) c. ed. pr. v., erudietur D. Vat. — iusta (δικαίᾳ) emend., ista codd. et edd. — 11. non fueris memor c. Vat. ed. pr. v., memor non fueris D. — malitiae c. C. D. G. ed. pr., malorum malicie Vat., iniuriae v. — 11. 12. malorum c. C. D. G. Vat. ed. pr., iniuriarum v. — 12. 13. oblivio enim malorum vitam aeternam cooperatur c. D. (om. aeternam) Vat., oblivio vero eorum (malorum C. G.) vitam aeternam ed. pr. v. (earum). haec in gr. desunt. — 13. enim c. D. Vat., autem ed. pr. v. — 14. habuisti c. D. Vat., sustinuisti ed. pr. v. — 14. 15. non pertinuit ad te de illis c. D. Vat., illas ut ad te nihil pertinentes neglexisti ed.

deo vivo. et simplicitas tua et nimia continentia, haec salvum fecerunt te, si permanseris, et omnes salvos faciet, quicunque huiuscemodi operantur et ingrediuntur in innocentia et simplicitate. hi qui huiusmodi sunt invalescunt adversus omnem nequitiam et permanebunt in vitam aeternam. felices omnes, qui operantur iustitiam, non absumentur in aeternum. dices autem Magno: Ecce tribulatio venit. si tibi videtur, iterum nega. prope est dominus convertentibus, sicut scriptum est in Heldad et Modad, qui vaticinati sunt in solitudine populo".

[4] revelatum autem est mihi, fratres, dormienti a iuvene specioso et dicente mihi: „Anum illam, a qua accepisti libellum, quam putas esse"? et ego dixi: „Sibyllam". „Erras", inquit, „non est". „Quae ergo est, domine"? et dixit mihi: „Ecclesia est". et dixi ad illum: „Quare ergo anus est"? „Quoniam omnium prior creata est", inquit, „ideo anus, et propter illam mundus factus est".

post haec autem visionem vidi in domo mea, et venit illa anus et interrogavit me, si iam libellum dedissem seniori-

---

pr. v. — tuis magnis G. — 1. nimia c. D. G. Vat. ed. pr., singularis v. — haec (*ταῦτα*) c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 2. fecerunt c. D. Vat., facient ed. pr. v. — faciet (*σώζει*) c. D. Vat., facient ed. pr. v. — 3. huiuscemodi c. Vat. v., huiusmodi ed. pr., huius D. (saepius). — operantur c. D. ed. pr. v., operatur Vat. — 4. invalescunt c. D. Vat., invalescent ed. pr. v. — 4. 5. omnem nequitiam c. D. Vat. ed. pr. (add. a nequitia), omnes nequitias v. — 6. absumentur c. D. ed. pr. v., assumentur Vat. — in aeternum c. D. G. Vat. ed pr., usque in vitam aeternam v. — 7. Magno (*Μαξίμῳ*): Ecce emend., magna ecce Vat., magna vere D., ecce magna ed. pr. v. — 8. 9. in Heldad et Modad c. G., in Helda et Meda D., i nelda et i nelda Vat., in Heldam et Modal ed. pr. v. —

10. autem (*δὲ*) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — mihi, fratres, (*μοι, ἀδελφοὶ*) c. ed. pr. v., fratres Vat., scto D. — dormienti c. D. ed. pr. v., dormiente Vat. — 12. et ego dixi c. Vat. ed. pr. v., et dixi ego D. — Sibillam D., sybillam ed. pr. — 13. Quae ergo est c. Vat. ed. pr., Quae est ergo D. v. — dixit c. Vat. ed. pr. v., dixi D. — 14. Ecclesia est (*Ἡ ἐκκλησία*) c. D., Ecclesia dei est Vat. ed. pr. v. — 15. Quoniam omnium prior creata est, inquit (*Ὅτι, φησίν, πάντων πρώτη ἐκτίσθη*) c. D. (prior omnium) Vat., Quoniam, inquit, omnium prior creata est ed. pr. v. (prima). —

bus. et respondi: „Adhuc non“. at illa dixit: „Bene fecisti; habeo enim quaedam verba adicere tibi. cum ergo consummavero omnia verba, per te scientur electis. scribes ergo duos libellos et mittes unum Clementi et unum Graptae. mittet ergo Clemens in exteras civitates; illi enim permissum est, Grapte autem commonebit viduas et orphanos. tu autem leges in hac civitate cum senioribus, qui praesunt ecclesiae“.

## Visio III.

[1] Visio quam vidi, fratres, visio talis erat. cum ieiunassem frequenter et precatus essem dominum, ut mihi ostenderet revelationem, quam pollicitus est ostendere per anum illam, eadem nocte apparuit mihi illa anus et dixit mihi: „Quoniam sic egens es et sollicitus ad sciendum omnia, veni in agrum ubi vis et circa horam sextam manifestabo me tibi et ostendam tibi quae oporteat te videre“. rogavi illam dicens: „Domina, in quem locum agri“? „Ubi“, inquit, „vis, elige locum bonum, secretum“. antequam autem ei loqui coepissem et dicere ei locum, ait mihi: „Veniam, ubi vis“. fui ergo, fratres, in

---

1. at illa c. ed. pr. v., et illa D., ac illa Vat. Dress. — 2. adicere (προσθεῖναι) c. Vat. Dress., edicere D. ed. pr. v. — ergo (οὖν) c. D., autem Vat. ed. pr. v. — 3. per te (διὰ σοῦ) c. Angero, aperte codd. et edd. — electis c. D. Vat., electi G., ab electis ed. pr. v. — scribes (γράψεις) c. ed. pr. v., scribe D. Vat. Dress. — 4. Graptae (Γραπτῇ) c. v., Grapte ed. pr., Grappate D. Vat. — mittet (πέμψει) c. ed. pr. v., mittes D., mitte Vat. — ergo c. D. Vat. ed. pr., autem v. — 5. Clemens c. D. ed. pr. v., Clementi Vat. — est c. Vat. ed. pr. v., om. D. — Grapta c. ed. pr. v., Grappate D. Vat. — 6. commonebit c. Vat. ed. pr. v., comovebit D. —

8. Visio om. D. — 11. revelationem c. Vat. ed. pr. v., visionem D. — anum illam c. Vat. ed. pr. v., illam anum D. — 12. apparuit mihi illa anus c. D. (mihi apparuit) Vat., apparuit mihi anus illa ed. pr. v. — et dixit mihi c. Vat. ed. pr. v., et dixit D. — 13. egens es c. B. D. Vat., egenus es L., ieiunus G., langues ed. pr. v. — sollicitus c. D. Vat, solicitus es ed. pr. v. — sciendum c. D. Vat. v., scienda ed. pr. — 14. vis (χρονίζεις) c. codd. et edd., fort. vivis. — me tibi c. Vat. ed. pr. v., tibimet D. — 14. 15. et ostendam tibi c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 15. oporteat c. Vat. ed. pr. v., oportet D. — 17. ei loqui c. D. Vat., loqui ei ed. pr., loqui v. — 18. mihi (μοι) c. ed. pr. v., om. D. Vat. —

agro et extimavi horas et veni in locum, ubi constitueram ei venire. et video subsellium positum [eburneum, et super subsellium positum] erat cervical lineum, et super linteum expansum carbasinum. videns haec posita et neminem esse in eum locum stupere coepi, et capilli mei exurrrexerunt, et quasi horripilatio me comprehendit, cum essem solus. apud me autem reversus et memoratus gloriae dei et accepta audacia positis genibus confitebar deo iterum peccata, quae prius. et ecce venit ibi cum iuvenibus sex, quos et ante videram, et stetit post me et audiebat me orantem et confitentem domino peccata mea. et tangens me dixit: „Desine iam pro peccatis tuis tantum orare. ora et pro iustitia, ut accipias partem ex ea in domo tua“. et erexit me de loco et apprehendit manum meam et adduxit me ad subsellium et ait illis iuvenibus: „Ite et aedificate“. postquam discesserunt iuvenes, et nos soli facti sumus, ait mihi: „Sede hic“. dico ei: „Domina, sine seniores ante sedere“. „Quod tibi dico, sede“, inquit. cumque vellem sedere ad dexteram partem, non est passa me, sed annuebat mihi manu, ut ad sinistram partem sederem. recogitante ergo me

1. extimavi c. Vat. ed. pr., estimavi D., observavi v. — constitueram c. ed. pr. v., constituerem Vat. — 2. uncinis inclusa supplevi e gr. et Pal., om. codd. et edd. propter homoeoteleuton. — 3. lineum c. Vat. ed. pr. v., ligneum D. — lintheum D. — 4. carbassinum D. — 4. 5. in eum locum c. D. Vat., in loco ed. pr. v. — 5. exurrexerunt c. D. Vat. ed. pr. v., exstruxerunt B. — 6. horripilatio c. C. D. (oripilacio) L. Vat. ed. pr., horror v. — apud me c. B. D. L. Vat. ed. pr., ad me v. — 7. reversus c. Vat. ed. pr. v., reversus et oripilatus D. — glorie D., gloria Vat., gloriam ed. pr. v. — 8. et ecce c. D. Vat. ed. pr., ecce v. — 9. ibi c. Vat., illuc ed. pr. v., om. D. — 10. post me c. D. Vat. ed. pr. Dress., post me orantem v. — domino c. D. ed. pr. v., deo Vat. — 11. mea c. Vat. ed. pr. v., sua D. — 12. ora et (ἐρώτα καὶ) c. D. v., ora Vat. ed. pr. — accipias c. D. ed. pr. v., accipies Vat. — 13. errexit D. — 15. postquam c. D. Vat., postquam autem ed. pr. v. — facti sumus c. D. Vat. ed. pr., fuimus v. — 17. sede, inquit c. D. Vat. ed. pr., inquit, sede v. — 18. me c. D., mihi Vat., om. ed. pr. v. — 19. manu c. D. ed. pr. v., manum Vat. — recogitante c. D. Vat., cogitante ed. pr. v. — ergo (οὖν) c. Vat. ed. pr., autem D. v. —

et moesto existente, quod non sivit me ad dexteram partem sedere, ait mihi: „Quid moestus es, Herma? locus qui ad dexteram illorum est, qui iam meruerunt deum et passi sunt causa nominis eius. tibi autem superest multum, ut cum illis sedeas. sicut manes, in simplicitate tua permane et sedebis cum illis et quicunque operati fuerint illorum opera et sustinuerint quae illi sustinuerunt“. [2]dico ei: „Domina, vellem scire, quae sustinerunt“. „Audi“, inquit, „feras bestias, flagella, carceres, cruces causa nominis eius. propter hoc illorum sunt dexterae partes sanctitatis, et quisquis passus fuerit propter nomen dei. reliquorum autem sinistrae partes sunt. sed utrisque, et eis qui ad dexteram quique ad sinistram sedent, sunt dona et promissiones, tantum qui ad dexteram sedent et habent gloriam quandam. tu autem cupidus es sedere ad dexteram cum eis. sed exiguitates tuae multae sunt, emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. sed et omnes qui dubii non fuerint emundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem“. et cum haec dixisset, volebat ire. procidens autem illi ad pedes rogavi illam per dominum, ut mihi demonstraret quod re-

1. sivit c. Vat. ed. pr. v., sinit D. — 2. qui ad c. D. Vat., qui est ad ed. pr. v. — 3. dexteram c. D. (fere ubique) Vat. ed. pr., dextram v. — est c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 4. nominis eius c. D. ed. pr. v., nominis sui Vat., nominis domini B., nominis Vict. — superest multum c. Vat. ed. pr. v., multum superest D. — 5. sicut c. Vat. ed. pr. v., sic D. — sedebis c. Vat. ed. pr. v., sedebunt D. — 6. et quicunque (καὶ ὅσοι) c. ed. pr. v., quicunque D. Vat. — operati fuerint c. Vat. ed. pr. v., fuerint operati D. — 9. cruces causa nominis eius (cf. gr.) c. B. (nominis domini) ed. pr. v., om. D. Vat. — 9. 10. sunt dexterae c. Vat. ed. pr. v., dexterae sunt D. — 10. quisquis c. Vat. ed. pr. v., quisque D. — passus fuerit c. B. D., fuerit passus Vat., patietur ed. pr. v. — 11. dei c. Vat. ed. pr. v., domini D., om. Vict. — 11. 12. utrisque c. D. Vat. ed. pr. v., utriusque C. G., om. Vict. — 12. et eis c. C. D. G. Vat. Dress., eis et ed. pr. v. — quique c. D. Vat. ed. pr. v., et qui Cot. — 13. tantum c. codd. v., tamen ed. pr. — qui c. Vat. ed. pr., quod D. v. — sedent et (κάθηνται καὶ) c. D., sedent ed. pr., et Vat., sedentes v. — 14. 15. sedere ad dexteram c. Vat. ed. pr. v., ad dexteram sedere D. — 15. emundaberis c. D. ed. pr. v., emendabris Vat. — 17. emundabuntur c. D. ed. pr. v., emendabuntur Vat. — 18. ire c. D. Vat., abire ed. pr. v. — procidens autem (πεσὼν δὲ) c. D., et procidens ed. pr., et procedens Vat. — 19. illam c. Vat. ed. pr. v., illum D. —

promiserat visum. at illa rursus apprehendit manum meam et erexit me et fecit sedere super subsellium ad sinistram et elevata virga quadam splendida dixit mihi: „Vides magnam rem“? dico ei: „Domina, nihil video“. ait mihi: „Ecce non vides contra te turrim magnam, quae aedificatur super aquas lapidibus quadratis splendidis“? in quadrato autem aedificabatur turris ab illis sex iuvenibus, qui venerant cum illa. alii autem multa millia hominum apportabant lapides. quidam quidem de profundo trahebant lapides, alii de terra transferebant et porrigebant illis sex iuvenibus, qui accipiebant et aedificabant. eos quidem, qui de profundo extrahebantur lapides, omnes sic imponebant in structuram. politi enim erant et convenientes commissurae cum aliis lapidibus, et sic coniungebantur alius ad alium, ita ut commissurae eorum non parerent. et sic parebat structura turris tanquam ex uno lapide aedificata. ceteri autem lapides, qui afferebantur de terra, quosdam quidem reiciebant, quosdam autem ponebant in structuram. alios autem excidebant et proiciebant longe a turri. alii autem multi lapides circa turrim positi

---

2. errexit D. — 3. quadam splendida c. Vat. ed. pr. v., splendida quadam D. — dixit c. D. ed. pr. v., et dixit Vat. — magnam rem c. D. Vat., rem magnam ed. pr. v. — ait mihi (λέγει μοι) c. B., om. D. Vat. ed. pr. v. — 4. 5. nihil video — turrim magnam c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 6. quadratis c. C. D. G. Vat., quadris ed. pr. v. — autem (δὲ) c. D. Vat., enim ed. pr. v. — 7. sex iuvenibns c. Vat. ed. pr. v., iuvenibus sex D. — alii c. Vat. ed. pr., alia D. v. — 8. hominum c. D. Vat., virorum ed. pr. v. — apportabant c. D. Vat. v., portant ed. pr. — quidem c. D. Vat., autem ed. pr. v. — 9. de terra (ἐκ τῆς γῆς) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 10. qui c. D., porro illi ed. pr. v., om. Vat. — quidem (μὲν) c. D. Vat., autem ed. pr. v. — 11. extrahebantur lapides (λίθους ἑλκομένους) c. Vat. ed. pr. v., lapides extrahebant D. — imponebant (ἐτίθεσαν) c. C. D. L. Vat. ed. pr. Dress., ponebant B., imponebantur v. — 12. polliti D. — 13. aliis (τῶν ἑτέρων) c. ed. pr. v., illis B. D. G. L. Vat. Vict. Dress. — et sic c. D. Vat., sicque ed. pr. v. — 14. parerent (φαίνεσθαι) c. C. D. G. Vat. ed. pr., paterent v. — sic c. D. Vat., hunc in modum ed. pr., in hunc modum v. — parebat c. B. D. Vat., apparebat ed. pr. v. — structura c. D. ed. pr. v., structuram Vat. — 15. ceteri c. D. Vat., ceteros ed. pr. v. — 17. autem ponebant (δὲ ἐτίθουν) c. D. Vat., vero adaptabant ed. pr. v. — alios autem c. D. Vat., alios ed. pr. v. — 18. autem multi lapides

erant, et non utebantur illis in structuram. erant enim quidam ex his scabrosi, alii autem scissuras habebant, alii autem candidi et rotundi, non convenientes in structuram turris. videbam autem alios lapides proici longe a turri et venientes in via et non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum; alios autem in ignem incidentes et ardentes; alios autem cadentes secus aquam non posse volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

[3]et cum haec mihi demonstrasset, volebat recurrere. dico ei: „Domina, quid prodest haec vidisse et non scire quae sunt hae res"? respondens dixit mihi: „Versutus es homo, volens scire ea quae circa turrim sunt". „Ita", inquam, „domina, ut fratribus annunciem, et hilariores fiant et haec audientes honorificent dominum cum multa gloria". et illa ait: „Audient quidem multi, et cum audierint, quidam ex his gaudebunt, quidam autem flebunt. sed et isti audientes si poenitentiam egerint, et ipsi gaudebunt. audi nunc similitudinem turris, omnia haec, et hactenus mihi de revelatione molestior

c. Vat. ed. pr. (lapides multi), multi lapides D., lapides multi v. — positi erant c. D. Vat. Cot. Dress., positi iacebant ed. pr. — 1. in structuram c. D. Vat., ad structuram ed. pr. v. — 1. 2. quidam ex his c. D. Vat., ex his quidam D., quidam ex illis ed. pr. v. — autem (secundum) c. D. Vat., vero ed. pr. v. — 2. 3. candidi et rotundi (cf. gr.) c. D. ed. pr. v., rotundi et candidi Vat. — 3. structuram c. Vat. ed. pr. v., structura D. — 4. venientes c. D. Vat., incidentes ed. pr. v. — 5. via c. D. Vat., viam ed. pr. v. — volvi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 6. ignem c. Vat. ed. pr. v., igne D. — autem (secundum) c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 7. aquam c. Vat. ed. pr. v., aquas D. — non c. D. Vat., nec ed. pr. v. — in aquam c. Vat. ed. pr. v., in aquas D. —

9. haec mihi c. Vat. ed. pr. v., mihi hec D. — recurrere (ἀνατρέχειν) c. C. D. G. Vat., recedere ed. pr. v. — 10. non scire c. codd. v., scire ed. pr. — 11. sunt (ἔστιν) c. D. Vat., sint ed. pr. v. — hec res D. — dixit c. Vat. ed. pr. v., dixi D. — 12. ea qui D. — 15. quidam c. D. ed. pr. v., quidem Vat. — his c. D. Vat. ed. pr., eis v. — 16. et isti (καὶ οὗτοι) c. C. G. Dress., isti D. Vat., et illi ed. pr. v. — 17. similitudinem c. D. Vat. Dress., de similitudine ed. pr. v. — 18. omnia haec add. vet int. — mihi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — de revelatione molestior esse noli c. Vat. (nolui) ed. pr. v., molestior de rev. esse noli D.

esse noli. revelationes enim istae finem habent; impletae sunt enim. sed tu non desinis petendo revelationes; improbus enim es. turris quidem, quam vides aedificari, ego Ecclesia sum, quae tibi apparui, et modo et prius. quodcunque ergo volueris, interroga de turri, et revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis". dico ei: „Domina, quoniam me semel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, revela". ait mihi: „Quodcunque oportuerit tibi revelari, revelabitur, tantum ut cor tuum apud dominum sit, et ne dubites quodcunque videris". interrogavi illam: „Turris quare aedificata est super aquas, domina"? „Dixeram tibi et prius, versutum te esse circa scripturas. diligenter inquirens igitur invenies veritatem. quare ergo super aquas aedificatur turris, audi: quoniam vita vestra per aquam salva facta est et fiet; fundata est enim verbo omnipotentis et honorifici nominis, continetur enim ab invisibili virtute domini". [4] respondens dico ei: „Magnifice habent se res hae, illi autem iuvenes sex qui aedificant, qui sunt, domina"? ait mihi: „Hi sunt sancti angeli dei, qui primo constituti sunt, quibus tra-

---

2. petendo c. D. Vat. Dress., in petendo ed. pr. v. — improbus c. B. D. L. Vat. v., importunus ed. pr. — 3. Ecclesia sum c. D. Vat., sum ecclesia ed. pr. v. — 4. ergo c. D., erga Vat., igitur ed. pr. v. — 5. turri c. Vat. ed. pr. v., turre D. — 6. me semel c. Vat. ed. pr. v., semel me D. — 7. ait (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 8. revelari c. D. ed. pr. v., revelare Vat. — revelabitur (cf. gr.) c. ed. pr. v., revelabitur, ait D. Vat. — 9. quodcunque c. Vat. ed. pr. v., quod cum D. — 10. Turris quare aedificata est super aquas c. Vat., Quare turris etc. ed. pr. v., turris quare super aquam edificata est D. — domina c. D. Vat. ed. pr. Cot., domina? respondit Dress. — 11. versutu Vat. — scripturas c. B. C. D. L. Vat., structuras ed. pr. v. Dress. — diligent Vat. — 11. 12. inquirens (ἐκζητῶν) c. B. G. L. Vict., inquirentem D. Vat. ed. pr. v. — 12. invenies (εὑρήσεις) c. ed. pr. Dress., inveniens D. Vat. Cot. — ergo (οὖν) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 13. vestra c. Vat. ed. pr. v., nostra D. — per aquam c. ed. pr. v., perquam Vat. — 14. est c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 15. continetur c. D. ed. pr. v., continentur Vat. — enim (δὲ) c. Vat. ed. pr. v., autem D. Dress. — domini (τοῦ δεσπότου) c. D., dei Vat. ed. pr. v. — 16. habent se c. D. ed. pr. v., se habent Vat. — 17. 18. ait mihi: Hi sunt sancti angeli c. B. L., Hi sunt sancti angeli Vat. ed. pr.

didit dominus universam creaturam suam, creandi et aedificandi et dominandi creaturae illius. per hos ergo consummabitur structura turris". ceteri autem qui apportant lapides qui sunt"? „Et ipsi sancti angeli domini, hi autem praecellentes illos. cum ergo consummata fuerit structura turris, omnes simul epulabuntur iuxta turrim et honorificabunt dominum, quoniam consummata est structura turris". interrogavi eam dicens: „Volebam scire exitum lapidum et vim eorum qualis est". respondens dixit mihi: „Numquid tu prae omnibus melior es, ut tibi reveletur? alii enim priores te sunt et meliores te, quibus oportebat revelari visiones istas. sed ut honorificetur nomen dei, tibi revelatum est et revelabitur propter dubios, qui cogitant in cordibus suis, utrumne sint haec aut non. dic illis, quoniam haec omnia sunt vera, et nihil extra veritatem est, sed omnia firma et certa quae fundata sunt. [5] audi nunc et de lapidibus, qui eunt in structura. lapides quidem illi qua-

---

Dress., hii sunt, inquit, angeli D., hi sunt angeli v. — 1. 2. creandi et aedificandi et dominandi c. C. D. G. Vat. Dress., ut struerent, aedifacerent et dominarentur ed. pr., struendi, aedificandi et dominandi Cot. — 2. ergo (οὖν cod. Lips.) c. B. L., enim D. Vat. ed. pr. v. — 2. 3. consummabitur (τελεσθήσεται) c. Vat. ed. pr. v., consumatur D. — 3. structura c. D. ed. pr. v., structam Vat. — apportant c. D. Vat. v., adportabant B., deportant ed. pr. — 4. sancti (ἅγιοι) c. Vat. ed. pr. v., sunt D. G. Vict. — 4. 5. hi autem (om. ἐξ) praecellentes illos c. C. D. (praeexcellentes) G. Vat., illi autem sunt praecellentiores istis ed. pr., sed illi sunt his excellentiores v. — 5. structura c. D. ed. pr. v., structuram Vat. — 7. est c. D. ed. pr., erit v., om. Vat. — 8. Volebam c. D. Vat., vellem ed. pr. v. — 8. 9. qualis est (ποταπή ἐστι) c. D., qualis sit Vat. ed. pr. v. — 9. dixit mihi c. Vat., mihi dixit D., autem dixit mihi ed. pr. v. — tu prae omnibus (σὺ ἐκ πάντων) c. Vat. ed. pr. v, prioribus D. — 9. 10. melior sis es Vat. — 10. ut tibi reveletur c. Vat. Cot., ut reveletur tibi D., ut tibi id reveletur ed. pr. v. — 11. istas c. D. Vat. Dress., has ed. pr. v. — 13. utrum ve Vat., utrum ne aliena manus emend. — haec (ταῦτα) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — aut non c. D. G., an ne Vat., an non sint ed. pr. v. — dic c. Vat. ed. pr, de D. — 14. quoniam c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 15. et certae quae c. C. D. (que) G. Vat. ed. pr. Dress., certaque Cot. — 15. 16. nunc et c. Vat. ed. pr. v., sunt D. — 16. qui eunt in structura

drati et albi, convenientes in commissuris suis, hi sunt apostoli et episcopi et doctores et ministri, qui ingressi sunt in clementia dei et episcopatum gesserunt et docuerunt et ministraverunt sancte et modeste electis dei, qui dormierunt, quique adhuc sunt. et semper cum illis convenerunt et in se pacem habuerunt et alterutrum audierunt. propter hoc et in structuram turris conveniunt commissurae eorum. qui vero de profundo trahuntur et imponuntur in structuram, et conveniunt commissurae eorum cum ceteris lapidibus, qui iam aedificati sunt, hi sunt qui iam dormierunt et passi sunt causa nominis domini". „Ceteri autem lapides, qui apportabantur a terra, volo scire qui sunt, domina". ait: „Eos quidem, qui in turrim vadunt et non sunt politi, hos deus probavit, quia ingressi sunt in aequitatem domini et direxerunt se in mandatis eius. qui autem afferuntur et ponuntur in structuram turris, hi sunt novelli in fide et fideles, commonentur autem ab angelis ad benefaciendum, propter quod non est inventa nequitia in

---

(τῶν ὑπαγόντων εἰς τὴν οἰκοδομὴν) emend. (cf. c. 6 p. 20, 16, qui sunt in structura codd. et edd. — 1. in commissuris suis c. D. Vat. ed. pr. v., in commissura B. — hi c. B. D. Vat., ii ed. pr. v. — 2. qui ingressi sunt (οἱ πορευθέντες) c. ed. pr. v., qui ingrediuntur D. Vat. — 4. electis (τοῖς ἐκλεκτοῖς) c. D. ed. pr. v., sanctis Vat. — 5. cum illis. Sin. αυτοις, Lips. ἑαυτοῖς. — 6. alterutrum c. D. Vat., se invicem ed. pr. v. — 7. commissurae (αἱ ἁρμογαὶ) c. ed. pr. v., structure D. Vat. — 8. structuram c. B. D. Vat. Cot. Dress., structura ed. pr. Gall. — 10. hi c. Vat., ii ed. pr. v., om. D. — iam c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 11. apportabantur (φερομένους) c. Vat. v., apportantur D., portabantur ed. pr. — 12. volo scire c. D. Vat. ed. pr. v., scire, inquam B. — qui sunt c. D. Vat. ed. pr. Dress., qui sint Cot. — 13. in turrim (εἰς τὴν οἰκοδομὴν) emend., in terram Vat. ed. pr. v., in terra D. — hos c. D. Vat., illos ed. pr. v. — probavit (ἐδοκίμασεν) c. ed. pr. v., probabit D. Vat. — quia (ὅτι) emend., qui B. D. Vat., quoniam ed. pr. v. — 14. aequitatem c. Vat. ed. pr. v., equitate D. — direxerunt se (Sin. κατωρθώσαντο) c. D., direxerunt Vat., direxerunt vias ed. pr. v. — 15. afferuntur c. Vat. ed. pr. v., efferuntur D. — structuram c. B. D., structura Vat. ed. pr. v. — hi c. Vat., qui D., ii ed. pr. v. — 16. commonentur (νουθετοῦνται) c. ed. pr. v., commoventur Vat. (ut videtur), comouentur D. — 17. propter c. D. Vat. ed. pr., propterea v. — nequitia in illis c.

illis“. „Quos autem reiciebant et proiciebant iuxta turrim, qui sunt“? „Hi sunt, qui peccaverunt et voluerunt poenitentiam agere. propter hoc non sunt longe proiecti a turri, quoniam utiles erunt in structuram, si poenitentiam egerint. qui ergo poenitentiam acturi sunt, si egerint poenitentiam, fortes erunt in fide, si nunc poenitentiam egerint, dum aedificatur turris. nam si consummata fuerit structura, iam non habet locum, ubi ponatur, sed erit reprobus. solummodo autem hoc habebit, quoniam ad turrim positus est. [6] qui autem recidebantur et longe proiciebantur a turre, vis scire? hi sunt filii iniquitatis et crediderunt in simulatione, et omnis nequitia non discessit ab eis. propter hoc non habent salutem, quoniam non sunt utiles in structuram propter nequitias suas. et propter hoc excisi sunt et longe proiecti sunt propter iram domini, quia exacerbaverunt eum. ceteros autem lapides, quos vidisti complures positos non euntes in structuram, hi quidem, qui scabrosi erant, hi sunt qui cognoverunt veritatem nec permanserunt in ea nec coniuncti sunt sanctis. propter hoc

---

Vat. ed. pr. v., in eis nequicia D. — 1. reiciebant et proiciebant (ἐρίπτουν) ; c. C. D. G., proiciebant et reiciebant Vat., reiiciebant et ponebant ed. pr. v. — 2. qui sunt (τίνες εἰσίν;) c. B. D. Vat. ed. pr., qui sunt illi? Cot., qui sunt illi? ait mihi Dress. — Hi c. D. Vat., ii B. ed. pr. v. — 3. turri c. D. ed. pr. v., turre Vat. Dress. — 4. structuram c. B. D. Vat., structura ed. pr. v. — 5. ergo (οὖν) c. Vat. ed. pr. v., vero D. — 6. fortes c. Vat. ed. pr. v., forte D. — 7. iam non c. D. Vat., iam quis non ed. pr. v. — 9. quoniam (ὅτι) c. C. D. G. L. Vat., qui iam ed. pr. v. — 10. turre c. Vat. ed. pr. v., turri D. — vis scire (θέλεις γνῶναι) c. D. Vat., vis scire qui sunt ed. pr. Cot., vis scire qui sunt? Volo, inquam, domina B. L. Dress. — hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 11. et crediderunt (ἐπίστευσαν δὲ) c. D. Vat. ed. pr. Dress., et qui crediderunt v. - 12. discessit c. Vat. ed. pr. v., abscessit D. — 13. structuram c. B. D. Vat., structura ed. pr. v. — 13. 14. et propter hoc c. D. Vat., quapropter ed. pr. v. — 14. proiecti sunt c. D. Vat. ed. pr., proiecti v. — 16. complures c. Vat. ed. pr. v., quam plures D. — hi quidem c. D. Vat. ed. pr., ii quidem v. — 17. qui scabrosi c. C. G. D. Vat. ed. pr. Dress., scabrosi Cot. — hi c. D. ed. pr., ii Vat. v. — 17. 18. nec permanserunt c. D. Vat. ed. pr. Dress., et nec permanserunt Cot. —

inutiles sunt. qui autem scissuras habent, hi sunt qui alius adversus alium in cordibus habent et non habent pacem inter se, in persona quidem pacem habentes, cum autem unus ab alio discesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. hae sunt ergo scissurae, quas habent lapides. qui vero curti sunt, qui crediderunt quidem et plurimam partem habent [iustitiae, aliquantam autem partem habent] iniquitatis. propter hoc curti et non integri sunt". „Candidi autem et rotundi et non convenientes in structuram turris qui sunt, domina"? respondens mihi dixit: „Usquequo stultus es et insensatus et omnia interrogas et nihil intelligis? hi sunt habentes quidem fidem, habentes autem et divitias huius seculi. cum ergo venerit tribulatio, propter divitias suas et negotiationes abnegant dominum suum". respondens dico ei: „Domina, quando ergo utiles erunt domino"? „Cum circumcisae", inquit, „fuerint divitiae eorum, quae eos delectant, tunc erunt utiles domino ad aedificium. sicut enim lapis rotundus, nisi decisus fuerit et abiecerit aliquid ab se, non potest quadratus fieri, sic et divites qui sunt in hoc seculo, nisi circumcisae eorum divitiae fuerint,

---

1. hi sunt (οὗτοί εἰσιν) c. B. D., om. Vat. ed. pr. v. — 1. 2. alius adversus alium in cordibus habent c. Vat., odium adversus alium in corde habent D., alius adversus alium in cordibus discordiam habent ed. pr. v. — 2. habent c. Vat. ed. pr. v., habentes D. — 3. persona c. D. G. Vat. Vict. ed. pr., praesentia v. — 4. discesserit c. Vat. ed. pr. v., discesserint G., abscesserit D. — eorum c. Vat. ed. pr. v., ipsorum D. — 5. curti c. D. ed. pr. v., eruti Vat. — sunt qui c. D. Vat., sunt, hi B., sunt, hi sunt, qui ed. pr. v. (ii). — 6. et plurimam (καὶ τὸ πλεῖστον) c. D., sed plurimam B., plurimam Vat. ed. pr. v. — habent c. B. D. Vat., habentes ed. pr. v. — 6. 7. uncinis inclusa supplevi e Pal., cf. gr. — 7. curti c. D. ed. pr. v., eruti Vat. — 11. habentes c. D. ed. pr. v., qui habentes Vat. — quidem c. codd. v., om. ed. pr. — 11. 12. habentes autem (ἔχοντες δὲ) c. v., habentes Vat. ed. pr., om. D. — 13. negotiationes (τὰς πραγματείας) c. D. Cot., negotiationes suas Vat. ed. pr. v. — 13. 14. dominum suum (αὐτῶν) c. B., suum dominum Vict, dominum D. Vat. ed. pr. v. — 15. domino (domo ?), gr. εἰς τὴν οἰκοδομὴν, cf. 16. 17. — 16. tunc c. D. ed. pr. v., tum Vat. — 18. aliquid ab se c. Vat. (a) ed. pr., ab se aliquid D. v. — divites qui c. D. Vat., qui divites ed. pr. v. — 19. eorum divitiae fuerint c. Vat. ed. pr., divitiae eorum

non possunt domino utiles esse. a te primum scito. quando dives fuisti, inutilis eras, nunc vero utilis es et aptus vitae tuae. nam et tu ipse ex eis lapidibus fuisti. [7] ceteros autem lapides, quos vidisti longe proiectos a turri et currentes in via et volvi de via in loca deserta, hi sunt qui crediderunt quidem, a dubitatione autem sua relinquunt viam suam veram, putantes se meliorem viam posse invenire. errant autem et miseri sunt, ingredientes in desertis viis. qui autem cadebant in ignem et ardebant, hi sunt qui in finem abscesserunt a deo vivo, nec amplius ascendit in corde poenitentiam agere propter desideria libidinum suarum et scelerum, quae operantur". „Ceteri vero, qui cadebant iuxta aquas et non poterant volvi in aquam, qui sunt"? „Hi sunt qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine domini. quibus cum venerit in memoria sanctitas veritatis, retrahunt se ambulantque rursus post desideria sua scelesta". consummavit igitur enarrationem turris. egoque cum adhuc essem improbus, interrogavi illam: „An hi omnes lapides, qui proiecti sunt nec conveniebant in structuram turris, si est illis poenitentia, et habebuntur in turrim hanc"? „Habent", inquit, „poenitentiam, sed in hac

fuerint D., fuerunt divitiae eorum v. — 2. eras c. Vat. ed. pr. v., erat D. — 3. eis (τῶν αὐτῶν) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 4. currentes in via, gr. πίπτοντας εἰς τὴν ὁδόν. — 5. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 6. a dubitatione (ἀπὸ δὲ τῆς διψυχίας) c. D. Vat., dubitatione ed. pr. v. — relinquunt c. D., relinquent C. G., relinquit Vat., reliquerunt ed. pr. — 7. erant Vat. — 8. desertis viis c. D. Vat., desertas vias ed. pr. v. — 9. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — in finem (εἰς τέλος) c. D. ed. pr., in fine B. L. Vat., in perpetuum v. — 10. in corde (ἐπὶ τὴν καρδίαν) c. D. Vat., in corda ed. pr. v. — 13. aquam (τὸ ὕδωρ) c. D. Vat. ed. pr., aquas v. — Hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 13. 14. volentes baptizari c. Vat. ed. pr. v., nolentes baptisari D. — 14. venerit c. D. Vat., venit ed. pr. v. — 15. memoria c. D. Vat., memoriam ed. pr. v. — retrahunt c. D. ed. pr. v., retraheant Vat. — ambulantque c. Vat. ed. pr. v., et ambulant D. — 15. 16. rursus primo desideria sua scelestia Vat. — 16. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — 17. ego que D., ego qui Vat. ed. pr., ego vero v. — 18. An hi omnes lapides c. D. Vat., an ii omnes lapides B. L. ed. pr., an iis omnibus lapidibus v. — 19. si est illis poenitentia c. B. D. L. Vat. ed. pr., an est poenitentia v. — 19. 20. et habebuntur in turrim hanc c. D. Vat. (habentur) L.,

turri non possunt convenire. alio autem loco ponentur multo inferiore, et hoc cum cruciati fuerint et repleverint dies peccatorum suorum. et propter hoc transferentur, quoniam perceperunt verbum iustum. et tunc illis continget transferri de poena, si ascenderint in cor ipsorum opera quae operati sunt scelesta. quod si non ascenderit in cor ipsorum [poenitentiam agere], non erunt salvi propter duritiam cordis sui".

[8]Cum ergo desini interrogando illam de omnibus istis, ait mihi: „Vis aliud videre aliquid"? cumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. respiciens me subrisit et ait mihi: „Vides septem mulieres circa turrim"? „Video", inquam, „domina". „Turris haec ab his supportatur secundum praeceptum domini. audi nunc effectus earum. prima quidem earum, quae continet manu, Fides vocatur. per hanc salvi fient electi dei. alia vero, quae succincta est et viriliter agit, Continentia vocatur. haec est filia

---

et si habebunt locum in turri hac ed. pr., et habebunt locum in turre hac v. — inquit c. Vat. ed. pr. v., igitur D. — 1. turri c. D. Vat. ed. pr., turre v. — autem c. D. ed. pr. v., enim Vat. — 2. inferiore c. Vat. ed. pr. v., inferiori D. – et hoc cum c. Vat. ed. pr. v., et cum hoc D., et hoc loco cum G. — repleverint c. D. Vat., impleverint ed. pr. v. — 3. 4. perceperunt c. D. ed. pr. v., praeceperunt Vat., receperunt G. — verbum iustum (τοῦ ῥήματος τοῦ δικαίου) c. ed. pr. v., verbum istud D. Vat. — 5. cor (τὴν καρδίαν) c. D., corde Vat., corda ed. pr. v. — ipsorum c. D. ed. pr. v., eorum Vat. — 6. ascenderit c. D. Vat., ascenderint ed. pr. v. — cor c. D., corde Vat, corda ed. pr. v. — 6. 7. [poenitentiam agere], cf. p. 22, 10, supplevi e gr., cf. Pal. ae., om. codd. et edd. — 8. Cum c. Vat. ed. pr. v., cumque D. — desini interrogando c. D. Vat. (desivi B.), destiti interrogare ed. pr. v. — 9. aliquid c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 9. cupidus essem c. Vat. ed. pr. v., essem cupidus D. — 11. septem c. D. ed. pr. v., sex Vat. – turrim c. Vat. ed. pr. v., turrem D. — 12. Video c. Vat. ed. pr. v., Vide D. — haec c. D. Vat. ed. pr., haec, inquit v. — ab his c. D. Vat. ed. pr., ab iis v., ab his albis Vict. — 13. nunc (νῦν) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 14. prima c. Vat. ed. pr. v., primat D. — earum c. D. ed. pr. v., enim Vat. — 15. salvi fient (σώζονται) c. D. ed. pr. v., salvi fiant Vat. — vero c. Vat. ed. pr. v., autem D. — 16. Continentia c. D. Vat., Abstinentia ed. pr. v. — est filia c. D. Vat., filia est ed. pr. v. —

Fidei. quisquis ergo secutus fuerit illam, felix fiet in vita sua, quoniam ab omnibus operibus malis abstinebit se, credens quoniam si abstinuerit se ab omni concupiscentia, haeres erit vitae aeternae". „Ceterae autem, domina, quinque quae sunt"? „Filiae alterutrum sunt, vocatur autem quaedam Simplicitas, alia Innocentia, alia Modestia, alia Disciplina, alia autem Caritas". cum ergo servaveritis opera matris earum, omnia poteritis custodire". „Volo scire, domina, quae quam earum habeat virtutem". „Audi", inquit, „virtutes aequales habent, tenentur autem ab invicem virtutes earum et sequuntur se invicem, sicut natae sunt. ex Fide nascitur Abstinentia, de Abstinentia Simplicitas, de Simplicitate Innocentia, de Innocentia Modestia, de Modestia Disciplina et Caritas. harum ergo opera sancta et pudica et recta sunt. quicunque ergo servierit his et invaluerit tenere opera earum, in turri habebit habitaculum cum sanctis dei". interrogavi eam de temporibus, si iam consummatio est? illa autem exclamavit voce magna dicens: „Insensate homo, nonne vides turrim super aedificari? quando ergo consummata fuerit turris et aedificata, habet finem, sed et cito consummabitur. noli me amplius interrogare aliquid.

---

1. Fidei (τῆς Πίστεως) c. ed. pr. v., dei D. Vat. — quisquis c. Vat. ed. pr. v., quicunque D. — fiet (γίνεται) c. ed. pr. v., fiat Vat., erit D. — 2. operibus c. Vat. ed. pr. v., operis D. — abstinebit se (ἀφέξεται) c. D., abstinebit Vat. ed. pr. v. — credens c. D. ed. pr. Cot., credens autem Vat. Dress. — 3. quoniam c. D. Vat. Dress., quod ed. pr. v. — abstinuerit se c. D. Vat. Dress., se continuerit ed. pr. Cot. — 4. domina c. D. Vat. ed. pr, inquam, domina v. — 5. alterutrum (ἀλλήλων) c. D. Vat., inquit, invicem ed. pr. v. — 6. autem c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 7. servaveritis (ποιήσῃς) c. D. Vat. ed. pr., servaveris v. — poteritis c. D. Vat. ed. pr., poteris v. — 8. Volo c. D. Vat. ed. pr., Volebam v. — quae quam (τίς τίνα) c. D. Vat., quam quaeque ed. pr. v. — earum c. Vat. ed. pr. v., illarum D. — 10. tenentur autem ab invicem c. D. Vat., connexae autem ad invicem sunt ed. pr. v. — 15. invaluerit (ἰσχύσῃ) c. B. C. D. L. Vat. Vict. Dress., voluerit ed. pr. v. — turri c. D. ed. pr. v., turrim Vat. — 16. eam c. Vat. ed. pr. Dress., illam D. Cot. — 18. super (ἔτι) c. D. Vat., semper ed pr. v. — 19. fuerit c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 20. me amplius c. Vat. ed. pr. v., amplius me D. — aliquid c. D.

sufficiet tibi et omnibus sanctis commemoratio ista et renovatio spirituum vestrorum. sed non tibi haec soli revelata sunt, sed ut omnibus demonstrares ea. post triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba haec, quae tibi incipio dicere, ut loquaris ea omnia in auribus sanctorum, ut audientes ea, cum fecerint, emundentur a nequitiis suis, sed et tu cum illis. [9] audite me, filii, ego vos enutrivi in multa simplicitate et innocentia et modestia propter misericordiam dei, quae super vos stillavit in iustitia, ut sanctificemini et iustificemini ab omni nequitia et omni pravitate. vos autem non vultis requiescere a nequitiis vestris. nunc ergo audite me et pacem habete alius in alio et visitate vos alterutrum et suscipite invicem et nolite soli creaturas dei percipere. abundantius etiam impertite egentibus. quidam enim compluribus cibis infirmitatem carnis suae assumunt, sed et conviolant carnem suam. aliorum autem, qui non habent escas, marcescit caro ipsorum, propter quod non habent sufficientem cibum, et consumitur corpus eorum. haec igitur intemperantia nocua est vobis habentibus et non communicantibus his qui egent. attendite iudicium su-

---

Vat., quicquam ed. pr. v. — 1. sufficiet c. D., sufficient Vat., sufficiat ed. pr. v. — 2. tibi haec soli c. Vat. (solo) ed. pr. v., tibi soli haec D. — 3. demonstrares ea c. D. ed. pr., demonstrares Vat., demonstres ea v. — 5. omnia (πάντα) emend., omnibus D. Vat., om. ed. pr. v. — 6. tu c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 7. me c. D. Vat. ed. pr., me ergo v. — in multa c. D. ed. pr. v., et multa Vat. — 7. 8. et innocentia c. Vat. ed. pr. v., innocentia D. — 9. et iustificemini c. D. Vat. ed. pr. v., om. B. — 12. alius in alio (ἐν ἑαυτοῖς) c. Vat., alius in altero D., alius cum alio ed. pr. v. — vos alterutrum c. D. v., in alterutrum Vat., vos invicem ed. pr. — invicem c. D. Vat. ed. pr. Cot., vos invicem Dress. — 13. soli c. D. ed. pr. v., sibi Vat. — impertite c. codd. v., impartite ed. pr. — 14. quidam enim c. D. ed. pr. v., enim quidam Vat. — compluribus (τῶν πολλῶν) c. ed. pr. v., cum pluribus Vat., in pluribus D. — 15. assumunt (ἐπισπῶνται) c. D. Vat., contrahunt ed. pr. v. — sed et c. D. Vat., et ed. pr. v. — conviolant c. D., convolant Vat., violant ed. pr. v. — 16. 17. propter quod c. D. Vat., propter id ed. pr., propter id quod v. — 17. et consumitur c. D. ed. pr. Cot., et propter hoc consummuntur Vat., et propter hoc consumitur Dress. — 18. nocua c. D. Vat., nociva ed. pr. v. — 19. his c. D. Vat., iis ed. pr. v. —

perveniens. qui eminentiores estis, inquirite esurientes, dum adhuc turris non est consummata. postquam enim consummata fuerit turris, voletis benefacere et non habebitis locum. videte ergo vos, qui gloriamini in divitiis vestris, ne forte ingemiscant hi qui egent, et gemitus eorum ascendat ad dominum, et excludamini cum bonis vestris extra ianuam turris. nunc itaque vobis dico, qui praeestis ecclesiis et amatis primos recubitos, nolite similes fieri maleficis. et malefici quidem venena sua in pixides baiulant; vos autem venenum vestrum et medicamentum in corde continetis et non vultis purgare corda vestra et permiscere sensum vestrum puro corde, ut habeatis misericordiam a rege magno. videte ergo, ne forte hae dissensiones vestrae fraudent vitam vestram. quomodo vos erudire vultis electos dei, cum ipsi non habeatis disciplinam? commonete ergo alterutrum pacatique estote inter vos, ut et ego coram patre vestro astans rationem reddam pro vobis domino“.

[10] cumque desinisset mecum loqui, venerunt illi sex iuvenes qui aedificabant et tulerunt eam ad turrim, et alii quatuor sustulerunt subsellium et ierunt ipsi iterum in turrim.

---

5. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — eorum c. Vat. ed. pr. v., illorum D. — ascendat c. D. ed. pr. v., ascendit Vat. — 7. 8. recubitos (cf. Roensch, It. u. Vulg. p. 91) c. D., consessus ed. pr. v., om. Vat. — 8. similis Vat. — 9. pixides (πυξίδας) c. D., buxidas et (et expuncto) Vat., pixidibus ed. pr., pyxidibus v. — 9. 10. medicamentum c. B. D. Vat., pharmacum ed. pr. v. — 10. corde c. Vat., corda D., cordi ed. pr. v. — 12. ne c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 13. vestram c. Vat. ed. pr. v., eternam D. — 13. 14. erudire vultis electos dei c. Vat. ed. pr. v., vultis erudire dei ellectos D. — 14. ipsi c. D. ed. pr. v., ipsis Vat. — 14. 15. commonete c. ed. pr. v., commonente Vat., commouete D. — 15. alterutrum c. D. Vat., vos invicem ed. pr. v. — paratique D. — inter vos c. C. D. Vat. Vict. ed. pr. Dress., inter eos Cot. — ut et ego c. Vat. ed. pr. Dress., ut ego D. Cot. — 15. 16. coram fratre D.

17. desinisset c. D. Vat., desiisset ed. pr. v. — 18. eam c. Vat. ed. pr., illam D. Cot. — ad turrim (πρὸς τὸν πύγρον) c. ed. pr. v., a turri C. D. Vat. — 19. sustulerunt c. D. ed. pr. v., subtulerunt Vat. — et ierunt ipsi iterum in turrim (καὶ ἀπήνεγκαν καὶ αὐτὸ πρὸς τὸν πύργον) c. Vat., et ierunt iter iterum ipsi in turrim D., et abierunt ipsi iterum in turrim ed. pr. v. —

horum faciem non vidi, quoniam aversi erant. euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. respondens mihi dixit: „De his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur“. apparuit autem mihi, fratres, prima visione anno priore valde anus et in cathedra sedens. alia autem visione faciem quidem iuvenilem habebat, carnem autem et capillos aniles et stans mihi loquebatur, hilarior autem erat quam primum. tertia autem visione tota iuvenior erat et aspectu decora, tantum quidem capillos aniles habebat, hilaris autem in fine erat et super subsellium sedens. de his ipsis moestus eram valde, donec cognoscerem revelationem hanc. video anum illam in visu noctis dicentem mihi: „Omnis rogatio humilitate eget, ieiuna ergo et percipies a domino quod postulas“.

ieiunavi ergo unum diem. eadem nocte apparuit mihi iuvenis et ait: „Quid tu frequenter petis revelationes in oratione? vide ne multa postulans noceas carni tuae. sufficiant tibi revelationes istae. numquid poteris fortiores revelationes videre, quam quod vidisti“? respondens ei dico: „Domine, hoc solum peto, pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat re-

1. aversi (ἀπεστραμμένοι) c. D. ed. pr. v., adversi Vat. — 3. respondens c. D. Vat, respondens autem ed. pr. v. — 3. 4. interrogare c. Vat. ed pr. v., interrogaret D. — 4. reveletur c. Vat. ed. pr. v., revelet D. — fratres (ἀδελφοὶ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 5. priore c. B. D. Vat., superiore ed. pr. v. — cathedra c. D. (semper: kathedra) ed. pr. v., cathedram Vat. — 6. autem c. D. ed. pr. v., quidem Vat. — quidem c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 7. mihi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 8. erat quam primum (ἦν ἢ τὸ πρότερον) c. v., quam primum ed. pr., primum D. Vat. — iuvenior c. D. Vat., iunior ed. pr. v. — 9. tantum quidem c. D. Vat., tantum autem ed. pr., tantum quod v. — capillos capillos D. — 10. in fine (εἰς τέλος) c. D. Vat., facie ed. pr. v. — 11. donec c. D. ed. pr. v., lacuna aperta in Vat. — revelationem c. B. D. Vat., visionem ed. pr. v. — 13. percipies c. D. ed. pr. v., participes Vat. —

15. unum diem c. D. Vat., diem unum ed. pr., diem unam v. — 16. 17. orationem Vat. — 17. vide (βλέπε) c. D. v., videas Vat. ed. pr. — multa c. D. ed. pr. v., multum Vat. — 18. istae c. D. Vat. Dress., hae ed. pr. v. — 19. quam quod c. D. Vat., quam quas ed. pr. v. — 19. 20. hoc solum c. Vat ed. pr. v., solum ego D.

velatio". respondit mihi: „Vos non insensati estis, sed dubitationes vestrae insensatos vos faciunt, et quod non habetis cor vestrum ad dominum". respondi illi et dixi: „Sed a te ea diligentius cognoscemus". [11]„Audi", inquit, „de figuris, quas inquiris. priori quidem visione quare anus tibi apparuit super cathedram sedens? quoniam spiritus vester antiquior et iam marcidus est et non habens vim a vestris infirmitatibus et dubitatione cordis. sicut enim seniores, qui non habent spem renovandi et nihil aliud expectant nisi dormitionem suam, sic et vos infirmati a secularibus negotiis tradidistis vos in acedias et non proiecistis a vobis sollicitudinem in domino, et contusus est sensus vester, et inveterastis in tristitiis vestris". „Quare ergo super cathedram sedebat, volebam cognoscere, domine". respondit: „Quoniam omnis infirmus super cathedram sedet propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas eius. ecce habes figuram primae visionis. [12]secunda autem visione vidisti illam stantem et iuvenilem faciem habentem et hilariorem prae pristina, carnem autem et capillos aniles. audi", inquit, „et hanc parabolam. cum senior iam fuerit aliquis, desperat seipsum. propter infirmitatem suam et paupertatem nihil aliud

---

2. insensatos vos c. D. Vat. ed. pr., vos insensatos v. — et quod (καὶ τὸ) c. Vict., eo quod D. Vat. ed. pr. v. — habetis c. D. Vat. Dress., habeatis ed. pr. v. — 3. a te ea c. Vat. ed. pr. v., a te D. — 4. cognoscemus (γνωσόμεθα) c. ed. pr. v., cognoscamus D. Vat. — 4. 5. quas inquiris c. D. Vat. v., de quibus inquiris B., quas requiris ed. pr. — 5. priori c. D. Vat., in prima ed. pr. v. — 6. vester c. Vat. ed. pr. v., noster D. — et iam c. Vat. ed. pr. Dress., eciam D. Cot. — 7. vestris c. Vat. ed. pr. v., nostris D. — 7. 8. dubitatione c. Vat. ed. pr. v., dubitaciones D. — 10. acedias (ἀκηδίας) (cf. Roensch. It. u. Vulg. p. 238) c. Mss. Angl. ed. pr., accidias D. Vat., socordiam v. — 11. et non c. Vat. ed. pr. v., non D. — 11. 12. contusus est (ἐθραύσθη) c. B. C. D. Vict. ed. pr., concussus est Vat., confusus est v. — 12. inveterastis (ἐπαλαιώθητε) c. Vat. ed. pr. v., inveterati estis D. — 14. omnis c. Vat. ed. pr. v., om. D. — infirmus c. D. ed. pr. v., infirmis (cf. Roensch. l. l. p. 274) Vat. — 16. primae c. Vat. ed. pr. v., prioris D. — autem visione c. Vat. ed. pr. v., visione autem D. — 18. prae pristina c. D., pro pr pristina Vat., quam pristina ed. pr. v. — 20. seipsum c. D. Vat., de seipso ed. pr. v. — nihil c. D. Vat., et nihil ed. pr. v. —

expectat nisi diem extremum vitae suae. deinde illi subito relicta est haereditas, et audiens exurrexit hilarisque factus induit virtutem et iam non discumbit, sed et stat, et [renovatur eius spiritus, qui iam] consumptus est a prioribus moeroribus et iam non sedet, sed viriliter agit. ita et vos audita revelatione, quam deus vobis revelavit. quia misertus est dominus vobis et renovavit spiritum vestrum, et deposuistis infirmitates vestras, accessit vobis fortitudo, et invaluistis in fide, et visa deus fortitudine vestra gavisus est. propter hoc demonstravit vobis structuram turris et alia ostendet, si ex toto corde pacem habueritis inter vos. [13] tertia autem visione vidisti illam adolescentiorem et bonam et hilarem et bene vultum eius. sicut enim si alicui moesto supervenerit nuncius bonus aliquis, statim oblitus est moeroris nihilque aliud expectat nisi annunciationem quam audivit et confortatur de cetero, et renovatur eius spiritus propter gaudium quod accepit: sic et vos renovationem accepistis spirituum vestrorum videntes haec bona.

---

1. illi subito c. Vat., subito illi ed. pr. v., subito D. — 2. relicta est c. D. Vat. v., reddita est ed. pr. — exurrexit (ἐξηγέρθη) c. D. Vat., exurgit ed. pr. v. — factus c. Vat. ed. pr. v., factus est D. — 3. 4. et [renovatur eius spiritus, qui iam] consumptus est (καὶ ἀνανεοῦται αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἤδη ἐφθαρμένον) supplevi e gr. (Pal. renovabatur in spiritu, qui iam corruptus erat), et sumptus est D., et superatus (?) est Vat., et liberatus est ed. pr. v. (est om. Cot.). — 4. 5. moeroribus, πράξεων. — 5. 6. audita revelatione (ἀκούσαντες τὴν ἀποκάλυψιν) c. Vict. Cot. Dress., audite revelationem D. Vat. ed. pr. — 6. deus vobis c. Vat. ed. pr. v., vobis deus D. — quia (ὅτι) c. Vat. ed. pr. v., et D. — 6. 7. dominus vobis (cf. Roensch. l. l. p. 413 sq.) c. Vat., dominus vestri ed. pr. v., vobis deus D. — 7. 8. infirmitates vestras c. Vat. ed. pr. v., infirmitatem vestram D. — 10. ostendet c. D. ed. pr. v., ostendit Vat. — 11. tertia autem visione c. D. ed. pr. v., tertiam autem visionem Vat. — 12. et bonam (καὶ καλὴν) c. D. Vat., bonam B., honestam ed. pr. v. — bene (καλὴν) c. D. Vat., serenum ed. pr. v. — 13. si alicui c. D. ed. pr. v., si in alicui Vat. — supervenerit (ἔλθῃ) c. Vat. v., supervenit ed. pr., venerit D. — 14. nihilque c. D. ed. pr. v., nihil Vat. — 15. et confortatur (καὶ ἰσχυροποιεῖται) c. D. v., confortatur Vat. — 16. eius spiritus c. D. Vat. ed. pr., spiritus eius v. —

et quia super subsellium vidisti sedentem, fortis positio, quoniam quatuor pedes habet subsellium et fortiter stat. nam et mundus per quatuor elementa continetur. qui ergo poenitentiam egerint integre viridiores erunt et fundati, qui ex toto corde poenitentiam egerint. habes in pleno revelationem. nihil amplius postules de revelatione. si quid autem oportuerit, revelabitur tibi".

## Visio IV.

[1] Visionem vidi, fratres, post dies viginti pristinae visionis, figuram tribulationis superventurae. proficiscebar in illa via Campana. a via autem publica in villam sunt fere stadia decem. raro autem iter fit per locum eum. solus ambulans rogabam dominum, ut revelationes eius, quas mihi ostendit per sanctam Ecclesiam suam, confirmaret et daret poenitentiam omnibus servis suis, qui scandalizati sunt, ut honorificetur nomen eius magnum et honorificum, et quia me dignum extimavit, ut ostenderet mihi mirabilia sua. et cum honorificarem et gratias agerem, tamquam vox mihi respondit: „Ne dubites, Herma". intra

---

1. vidisti c. D. Vat. (Cot.) Dress., vidistis (vidisti?) tamquam urnalem C. G. — positio (cf gr.) c. D. Vat., positio est ed. pr. v. — 4. 5. integre — egerint c. D. ed. pr. v., om. Vat. propter homoeoteleuton. — 4. integre (ὁλοτελῶς) c. ed. pr. v., om. D. — viridiores (νέοι) c. D., iuniores ed. pr. v. — fundati (τεθεμελιωμένοι) c. D., om. ed. pr. v. (sed cf. sqq.). — egerint c. D., egerint, erunt fundati ed. pr. v. — 6. de revelatione (περὶ ἀποκαλύψεως) c. D., de revelatis Vat. de revelandis ed. pr. v. —

8. Visio om. D. — 10. proficiscebar c. B. D. Vat. (ubi erat: proficiscebam), proficiscebar enim ed. pr. v. — 11. in villam (εἰς τὸν ἀγρὸν) c. ed. pr. v., in villa D. Vat. — sunt c. Vat. ed. pr. v., super D. — fere c. D. ed. pr. v., vero Vat. — 12. raro c. D. ed. pr. v., rare Vat. — eum c. D. Vat., illum ed. pr. v. — solus c. D. Vat., et solus ed. pr. v. — 15. scandalisati D. — honorificetur c. Vat. ed. pr. v., honorificaretur D. — 16. me dignum c. Vat. ed. pr. v., dignum me D. — extimavit c. Vat., estimavit D., existimavit ed. pr. v. — 17. et cum (cf. gr.) c. D. ed. pr., et eum Vat. v. — 17. 18. et gratias agerem c. D. ed. pr. v., ut et gratias agerem Vat. —

me ergo coepi cogitare et dicere: „Ego quid habeo dubitare, sic fundatus a domino, et qui vidi honorificas res“? progressus sum paululum, fratres, et ecce video pulverem usque ad coelum. coepi dicere intra me: „Numquid iumenta veniunt et pulverem excitant“? sic erat autem tamquam stadium. magis magisque video pulverem exurgentem, adeo ut suspicarer esse aliquid divinitus. pusillum resplenduit sol, et ecce video bestiam magnam veluti cetum, et ex ore eius locustae igneae procedebant. erat autem statura bestiae illius fere pedes centum. caput quidem habebat tamquam urnalem. coepi flere et invocare dominum, ut me liberaret ab illa. deinde rememoratus sum verbum, quod audieram: „Ne dubites, Herma“. indutus ergo, fratres, fidem dei et memoratus quae docuit me magnalia audenter in bestiam me tradidi. sic autem veniebat illa bestia, ita ut posset in ictu civitatem delere. veni prope illam, et tam grandis bestia extendit se in terram et nihil nisi linguam proferebat et in totum non movit se, donec transirem illam totam. habebat autem illa bestia super caput colores quatuor: nigrum, deinde rubeum et sanguinolentum, deinde aureum, deinde album.

---

5. sic erat autem c. D. Vat., distabat autem a me ed. pr. v. — 5. 6. magis magisque video c. D. Vat., et ecce video magis magisque ed. pr. v. — 6. 7. esse aliquid divinitus (εἶναί τι θεῖον) c. ed. pr. v. (aliquid esse), esse hoc aliquid div. B., aliquid divinitus D. Vat. — 7. pusillum (μικρὸν) c. D. Vat., pusillum autem ed. pr. v. — video c. D., (ubi add. pulverem, sed deletum est) Vat. ed. pr. v., video hoc B. — 8. et ex c. Vat. ed. pr. v., et ecce ex D. — eius c. Vat. ed. pr. v., illius D. — locustae c. Vat. ed. pr. v., locute D. — 9. fere pedes c. D. Vat. ed. pr., pedes fere v. — 10. quidem c. D. Vat., autem ed. pr. v. — urnalem c. D. Vat. Vict. (urnale?), vas urnale ed. pr. v. — 11. 12. rememoratus sum verbum c. D. Vat., recordatus sum verbi ed. pr. v. — 13. quae c. D. L. Vat. ed. pr. Dress, quis Cot. — 14. in bestiam me (εἰς τὸ θηρίον ἐμαυτὸν) c. ed. pr. v., in me bestiam D. Vat. — illa bestia c. D. Vat., bestia illa ed. pr. v. — 15. posset c. D. ed. pr. v., possit Vat. — 17. in totum (ὅλως) c. Vat. v., in tantum D. ed. pr. — transirem c. B. D. L. Vat., pertransissem ed. pr. v. — 18. illa bestia c. D. Vat., bestia illa ed. pr. v. — 19. rubeum c. Vat. ed. pr. v., rubrum D. — deinde aureum c. D. Vat. ed. pr., inde aureum v. —

2 postquam autem pertransivi bestiam illam, progressus sum fere pedes triginta, et ecce occurrit mihi virgo quaedam exornata tamquam de thalamo prodiens, tota in albis et calciamentis albis circumdata et usque ad faciem habebat mitram, pro tegumento autem habebat capillos nitidos. cognovi ergo a pristinis visionibus, quoniam Ecclesia est, et hilarior factus sum. salutavit autem me dicens: „Ave tu homo“. et ego illam salutavi dicens: „domina, ave“. respondens dixit mihi: „Nihil tibi occurrit, homo“? dico ei: „Domina, talis bestia, quae possit populum consumere, sed virtute dei et nimia eius misericordia evasi illam“. „Bene effugisti“, inquit, „quoniam solitudinem et sollicitudinem tuam proiecisti ad dominum et cor tuum aperuisti ad eum, credens quia per nullum alium poteris salvus esse nisi per magnum et honorificum nomen eius. propter hoc misit dominus angelum suum, qui est super bestias, cuius nomen est Hegrin, et obturavit os eius, ne te dilaniaret. magnam tribulationem effugisti propter fidem tuam, et qui talem bestiam [videns] non dubitasti. vade ergo et enarra electis dei magnalia ipsius et dices illis, quoniam bestia haec figura est pressurae superventurae. si ergo praeparaveritis vos [et poeni-

1. bestiam illam (τὸ θηρίον) c. Vat. ed. pr. Dress., illam bestiam D., illam Cot. — 1. 2. progressus sum c. ed. pr. v., progressum Vat., progressus D. — 2. occurrit mihi c. D. Vat. ed. pr. v., om. B. L. — 3. prodiens c. D. ed. pr. v., progrediens Vat. — 3. 4. calciamentis c. D. Vat. ed. pr., calceamentis v. — 4. et c. D. ed. pr. v., ut Vat. — habebat mitram c. D., mitram Vat., mitram habens ed. pr. v. — 7. salutavit autem me c. D. ed. pr. v., et ego illam salutavi Vat. — tu c. Vat. ed. pr. v., mi D. — ego c. D. Vat. ed. pr., om. v. — 8. salutavi c. D. Vat., resalutavi ed. pr. v. — dixit mihi c. Vat., mihi dixit D., autem dixit mihi ed. pr. v. — 9. Domina c. B. D. L. Vat., Domina, occurrit mihi ed. pr. v. — 10. 11. nimia eius misericordia c. Vat. ed. pr., nimia misericordia eius D., singulari eius misericordia v. — 12. proiecisti ad dominum c. D. Vat. ed. pr., ad dominum proiecisti v. — 13. apperuisti D. — quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 14. eius c. D. Vat. ed. pr. v., om. Vict. — 14. 15. propter hoc c. Vat. ed. pr. v., propter quod D. — 16. cuius c. D. Vat. ed. pr., cui v. — Hegrin (Θεγρί) c. D. Vat. ed. pr. v., Egrin C. — 18. [videns], ἰδὼν, supplevi e Pal. — 19. quoniam c. D. Vat. ed. pr., quod v. —

tentiam feceritis ex toto corde vestro ad dominum], poteritis effugere illam, si cor vestrum fuerit purum ac sine macula, et reliquos dies vitae vestrae servieritis deo sine querela. immittite sollicitudines vestras super dominum, et ipse diriget eas. credite deo, qui estis dubii, quoniam omnia potest, et avertere iram suam a vobis et mittere vobis suffragia. vae dubiis his, qui audierint verba haec et contempserint. melius erat illis non nasci".

[3] interrogavi eam de illis quatuor coloribus, quos habebat bestia in capite. at illa respondit mihi dicens: „Iterum tu curiosus es de huiusmodi rebus interrogans". et dixi: „Domina, demonstra mihi, quid sint illa". „Audi", inquit, „illud nigrum mundus est, in quo commoramini. igneum autem et sanguinolentum, quoniam oportet seculum hoc per sanguinem et ignem deperire. aurea autem pars vos estis, qui effugistis seculum hoc. sicut enim per ignem aurum probatur et utile fit, sic et vos probamini, qui habitatis in illis. qui igitur permanserint et probati fuerint ab eis, purgabuntur. et sicut aurum emundatur et remittit sordem suam, sic et vos abicietis

---

1. uncinis inclusa supplevi e Pal., cf. gr. — 1. 2. poteritis effugere illam (*δυνήσεσθε ἐκφυγεῖν αὐτὴν*) c. ed. pr. v., effugere vos illam D., effugere Vat. — 3. vitae vestrae (cf. gr.) c. D. var. lect. ed. Oxon. Dress., vitae Vat. ed. pr., vestros Cot. — 3. 4. immittite c. D. ed. pr. v., iniuncte Vat. — 4. solicitudines D. — diriget eas c. D. (L.?) ed. pr. Dress., dirigit eos Vat., dirigat eas Cot. — 5. credite c. D. ed. pr. v., creditis Vat. — omnia (*πάντα*) c. Vat. ed. pr. v., per omnia D., om. B. L. — et avertere (*καὶ ἀποστρέψαι*) c. ed. pr. v., avertere B. D. L. Vat. — 6. suffragia c. D. (sufragia) Vat. ed. pr., praesidia v. — his c. D. Vat., iis ed. pr. v. —

10. at c. D. ed. pr. v., ac Vat. — 11. de huiusmodi rebus (*περὶ τοιούτων πραγμάτων*) c. ed. pr. v., de huius rebus D., de illis (expunctum) rebus Vat. — 12. sint c. Vat. ed. pr. v., sunt D. — 12. 13. illud nigrum c. Vat. ed. pr. v., illum nigrum colorem D. — 15. aurea c. D. ed. pr. v., aureum Vat. — 16. per ignem aurum c. Vat. ed. pr. v., aurum per ignem D. — 17. habitis Vat. — 17. 18. permanserint c. D. Vat. ed. pr. v., permanserint et perseveraverint B. L. — 18. ab eis, *ὑπ' αὐτοῦ* (*τοῦ πυρός*). — 19. emundatur c. C D. G. ed. pr. Dress., emendatur Vat. Cot. —

omnem tristitiam et angustiam et emundabimini in structuram turris. alba autem pars superventuri seculi, in quo habitabunt electi dei, quoniam immaculati et puri erunt electi dei in vitam aeternam. tu ergo ne desinas loquendo in auribus sanctorum. habetis et figuram tribulationis superventurae magnae. nam si vos volueritis, nihil erit. in mente habete ista quae praescripta sunt". haec cum dixisset, discessit. non vidi autem, quo loco abiit. strepitus autem factus est, et ego reversus sum retro metuens et putabam illam bestiam venire.

## Visio V.

Cum orassem domi et cum sedissem super lectum, intravit quidam vir dignitosa facie, habitu pastorali, amictus pallium album, peram gestans in humeris et virgam in manu, et salutavit me. et ego resalutavi eum. protinusque consedit iuxta me et ait

---

1. emundabimini c. D. ed. pr. v., emendamini Vat. — structuram c. Vat. ed. pr. v., structura D. — 2. superventuri seculi c. D., supervenientur seculi Vat., superventuri est seculi ed. pr. v. — 3. et puri c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 4. loquendo c. B. D. L. Vat., loqui ed. pr. v. — in auribus (εἰς τὰ ὦτα) c. D., auribus Vat., haec auribus ed. pr. v. — 5. superventurae c. D. ed. pr. v., superveniente Vat. — 6. nam (δὲ) si vos c. Vat. ed. pr. v., nam etsi vos D., nam etsi L. — erit c. Vat. ed. pr. v., erunt D. — mente c. D. ed. pr. v., mentem Vat. — 7. praescripta c. D. ed. pr. v., perscripta Vat. — 8. quo loco (ποίῳ τόπῳ pro ποίῳ τρόπῳ) abiit c. D. Vat., quo loco abierit ed. pr., quem in locum abierit v. — 8. 9. et ego reversus sum retro (κἀγὼ ἐπεστράφην εἰς τὰ ὀπίσω) c. D., et adversus sum retro Vat., et aversus sum retrorsum ed. pr. v. — 9. illam bestiam venire c. D. Vat. (venire etiam B. L.), bestiam illam advenire ed. pr. v. —

10. V. D. (om. Visio), Visio quinta de mandatis Vat., De mandatis a pastore angelo penitentiae visio quinta ed. pr. — 11. Cum orassem domi et cum sedissem super lectum. haec e Hermae Pastore Tertullianus de oratione 12 (16) reddidit: Cum adorassem et assedissem super lectum. — cum sedissem c. C. D. L. (sec. Dress.) Vat. ed. pr., concedissem v. — super c. Tertull. D., supra Vat. ed. pr. v. — 12. quidam vir dignitosa faciat D., quidam vir dignitosam faciem Vat., vir quidam reverenda facie ed. pr. v. — amictus pallium album c. D. Vat., pallio albo amictus ed. pr. v. — 13. gestans c. D. Vat., om. ed. pr. v. — humeris c. D. Vat. ed. pr. v., humerum L. — in manu c. D. Vat., in manu gestans ed. pr. v. — 14. ipsum (sed punctis suppositis), eum Vat. —

mihi: „Missus sum ab illo venerabili nuncio, ut habitem tecum reliquos dies vitae tuae“. et ego putabam eum ad tentandum me venisse et dico ei: „Tu enim quis es? ego enim novi, cui traditus sum“. ait mihi: „Non cognoscis me“? „Non“, inquam. „Ego sum ille pastor, cui traditus es“. adhuc loquente eo figura eius mutata est. cumque cognovissem, eum esse, cui traditus fueram, confusus sum protinus, metusque in me intravit, et totus moerore confectus sum, quia sic respondi ei nequiter et insipienter. ait mihi: „Noli confundi, sed virtutem concipe animo in mandatis meis, quae daturus sum tibi. missus sum enim, inquit, ut quae vidisti superius omnia tibi rursus ostendam, quae ex eis praecipue utilia sunt vobis. primum omnium mandata mea et species similitudinum scribe. reliqua autem sicut ostendero tibi, sic ea scribes. ideo autem praecipio tibi, primum mandata mea et similitudines scribere, ut subinde legendo facilius ea custodire possis“. scripsi igitur mandata et similitudines ita, ut praecepit mihi. quae audita si custodieritis atque in his ambulaveritis et exercueritis ea mente pura, recipietis a domino quaecunque polli-

1. illo c. D. Vat. ed. pr. Dress., eo Cot. — 2. vitae tuae (τῆς ζωῆς σου) c. v., vite mee D. ed. pr., mee vite Vat. — eum c. D. Vat., ipsum ed. pr. v. — 4. Non c. Vat. ed. pr. v., Et non D. — 5. Non, inquam c. Vat. ed. pr. v., nequaquam L., om. D. — Ego sum ille pastor c. D. Vat. ed. pr., Ego, inquit, sum pastor ille v. — 6. figura c. Vat. ed. pr. v., figurata D. — 7. eum esse (αὐτόν, ὅτι ἐκεῖνος ἦν) c. ed. pr., esse eum v., eum D. Vat. — 7. 8. confusus sum protinus, metusque in me intravit (εὐθὺς συνεχύθην, καὶ φόβος με ἔλαβεν) c. B., confusus sum, protinusque metus in me intravit D. Vat., confusus sum, protinusque metus me subiit ed. pr. v. — 8. 9. quia sic respondi ei nequiter et insipienter c. Vat. Dress., (nequiter et insipienter etiam B. C. L. Vict.), et quia sic respondi nequiter et insipienter D., quia sic ei responderam insipienter ed. pr. v. — 12. quae ex eis praecipue c. D. Vat. (om. eis), precipue ex eis quae ed. pr., praecipue quae ex eis v. — 13. omnium c. D. ed. pr. v., omnia L. Vat. — mandata c. D. ed. pr. v., om. Vat. — similitudinum c. D. ed. pr. v., similitudinem Vat. — 14. autem c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 15. praecipio c. D. ed. pr. v., principio Vat. — 16. scribere c. Vat. ed. pr. v., scribe D. — 18. 19. exergueritis D. — quaecunque c. B. D. L. Vat., quae ed. pr. v. — pollicitus est vobis c. ed. pr. v.,

citus est vobis. sin autem his auditis non egeritis poenitentiam, sed adhuc adieceritis delicta vestra, a domino adversa recipietis, haec omnia praecepit mihi scribere pastor ille, nuncius poenitentiae.

## Mandatum I.

Primum omnium crede, quia unus est deus, qui omnia creavit et consummavit et ex nihilo omnia fecit. ipse capax universorum solus immensus est, qui nec verbo definiri nec mente concipi potest. crede igitur in eum et time eum et timens habe abstinentiam. haec custodi et abice abs te omnem nequitiam et indue virtutem iustitiae et vives deo, si custodieris mandatum hoc.

## Mandatum II.

Dixit mihi: „Simplicitatem habe et innocens esto et eris sicut infantes, qui nesciunt malitiam, quae perdit vitam hominum. primum de nullo male loquaris neque libenter audias male loquentem. si vero et tu audieris, particeps eris peccatis male loquentis, credens et tu habebis peccatum, quia credidisti male loquenti de fratre tuo. perniciosa est detractio, inconstans

---

pollicitus vobis D. Vat. — 1. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 2. delicta c. D. Vat., ad delicta ed. pr. v. — 3. praecepit mihi scribere c. Vat. ed. pr. v., scribere praecepit mihi D. —

5. VI. D. — 6. quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — qui c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 7. ex c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 8. diffiniri D. — 10. 11. omnem nequitiam c. B. D. L. Vat. ed. pr. Cot., omnem concupiscentiam et nequitiam ed. Oxon. Dress. — 11. vives deo c. D. ed. pr. v., vives cum deo Vat. —

13. VII. D. — 14. et eris c. D. ed. pr. v., eris Vat. — 15. sicut infantes, qui nesciunt malitiam c. Vat. Mss. Angl., infans nesciens tristiciam vel maliciam D., infans qui nescit malitiam ed. pr. v. — perdit (cf. gr.) c. D., perdidit Vat. ed. pr. v. — 17. si c. D. Vat., sin ed. pr. v. — et tu audieris, particeps eris c. Vat. ed. pr. v., audieris, et tu eris particeps D. — peccatis c. D. Vat. ed. pr., peccati v. — 18. credens et tu habebis peccatum c. D. Vat. ed. pr. (et credens), et credens tu quoque peccatum habebis v. — 19. detractio c. D. ed. pr. v., decertatio Vat. —

daemonium est. nunquam in pace constitit, sed semper in discordia manet. abstine te ab illa et semper pacem habe cum fratre tuo. indue constantiam sanctam, in qua nulla sunt peccata, sed omnia laeta sunt, et fac bene de laboribus tuis. omnibus inopibus da simpliciter, nihil dubitans cui des. sed omnibus da. omnibus enim deus dari vult de suis donis. qui ergo accipiunt reddent rationem deo, quare acceperunt et ut quid. qui autem accipiunt ficta necessitate, reddent rationem; qui autem dat innocens erit. sicut enim accepit a domino, ministerium consummavit nihil dubitando cui dare cui non dare. et fecit hoc ministerium simpliciter gloriose ad deum. custodi ergo mandatum hoc, sicut tibi locutus sum, ut poenitentia tua simplex inveniatur, et possit domui tuae bene fieri, et cor mundum habe.

## Mandatum III.

Iterum mihi dixit: „Veritatem dilige, et omnis sermo verax ex ore tuo procedat, ut spiritus, quem dominus constituit in carne tua, verax inveniatur apud cunctos homines, et dominus magnificetur, qui dedit spiritum in te. quia deus verax est in omni verbo, et non est mendacium in ipso. qui ergo mentiuntur abnegant dominum [fraudatoresque domini esse incipiunt], non reddentes deo depositum, quod acceperunt. acceperunt enim spiritum sine mendacio. hunc si mendacem

---

2. abstine c. D. Vat. Mss. Angl., contine ed. pr. v. — 2. 3. et semper pacem habe cum fratre tuo c. Vat. ed. pr. v., et pacem habe cum fratre tuo semper D. — 4. fac bene c. D. Vat., bene fac ed. pr. v. — delatoribus B. — 6. donis c. Vat. ed. pr. Cot. Dress., bonis donis D., bonis Gall. Hef. — 7. ut quid c. L. (Dress.) Vat., quid D., ad quid ed. pr. v. — 9. accepit c. D. ed. pr. v., accipit Vat. — 10. cui dare cui non dare c. D. L. Vat., cui daret et cui non daret ed. pr. v., cui daret Fabr. — 11. simpliciter gloriose c. D. Vat. ed. pr. Cot., simpliciter et gloriose Dress. —

14. om. D. — 16. verax c. B. D. L. Vat., verus ed. pr. v. — 17. cunctos c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 18. magnificetur c. Vat. ed. pr. v., om. D. — in te c. D. Vat. ed. pr. v., vitae L. — 20. ergo (οὖν) c. D. v., autem Vat. ed. pr. — dominum c. Vat. ed. pr. v., deum D. — 20. 21. uncinis inclusa supplevi e Pal., cf. gr. — 21. quod c. D. ed. pr. v., quem Vat. —

reddunt, coinquinant mandatum domini et fraudatores fiunt". his ergo auditis vehementer flevi. qui cum flentem me videret, dixit mihi: „Quid ploras"? et dixi: „Quoniam, domine, nescio an possim salvus esse". „Quare"? inquit. et dixi: „Quia nunquam, domine, verum verbum locutus sum in vita mea, sed semper in simulatione dixi et mendacium pro veritate firmavi omnibus, et non mihi quisquam contradixit, sed fides est habita verbo meo. quomodo ergo potero vivere, cum sic egerim"? et dixit mihi: „Tu quidem bene et vere sentis. oportebat enim te sicut dei servum in veritate ambulare et malam conscientiam cum spiritu veritatis non coniungere nec tristitiam spiritui dei sancto et vero facere." et dixi illi: „Numquam, domine, haec verba tam diligenter audivi." et dixit mihi: „Nunc audis. custodi a modo, ut et illa, quae prius locutus es falsa pro negotiis tuis, his verbis et illa fidem percipiant. possunt enim et illa fidem percipere, si vera locutus fueris a modo, et si veritatem servaveris, poteris vitam consequi. et quicunque audierit hoc mandatum et fecerit et recesserit a mendacio, vivet deo".

1. reddunt c. D. ed. pr. v., reddant Vat. — 2. his ergo auditis c. B. D. Vat. ed. pr., his auditis ego Cot., his ego auditis Dress. — flentem me c. Vat. ed. pr. v., me flentem D. — 5. verum c. D. ed. pr. v., om. Vat. — verbum locutus sum in vita mea c. D. Vat., locutus sum in vita mea verbum ed. pr., locutus sum verbum in vita mea v. — 6. in c. D. ed. pr. v., cum Vat. — dixi (ἐλάλησα) c. D., vixi Vat. ed. pr. v. — firmavi c. D. Vat., affirmavi ed. pr. v. — 7. quisquam c. D. Vat. (sec. m.) ed. pr. v., priusquam Vat. (pr. m.). — est habita c. Vat. ed. pr., habita est D. v. — 8. quomodo c. D. ed. pr. v., quemadmodum Vat. — 9. et dixit mihi c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 10. in veritate ambulare c. D. ed. pr. v., ambulare in veritate Vat. — 11. nec (μηδὲ) c. D. v., et Vat. ed. pr. — 12. sancto et vero facere c. Vat. (om. et) ed. pr. v., facere sancto et vero D. — 13. 14. custodi a modo c. D. L. (Dr.) Vat. (ammodo) ed. pr., cura deinceps v. — 14. locutus c. D. ed. pr. v., locuta Vat. — 15. illa c. Vat. ed. pr. v., illam D. — percipiant c. B. D. L., perticipant Vat., recipiant ed. pr. v. — 16. percipere c. B. D. L. Vat., recipere ed. pr. v. — a modo c. D. L. (Dr.) ed. pr., ammodo Vat., deinceps v. —

## Mandatum IV.

[1] „Mando“, ait, „tibi, ut castitatem custodias, et non ascendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio aut de fornicatione, quia hoc facit peccatum magnum. tu autem memor esto domini semper omnibus horis et nunquam peccabis. si enim haec cogitatio in corde tuo ascenderit, sic magnum peccatum facis, et qui haec faciunt viam mortis sequuntur. vide ergo tu. abstine te ab hac cogitatione. ubi enim castitas manet in corde hominis iusti, non ibi debet ascendere cogitatio mala“. et dixi illi: „Domine, permitte mihi pauca verba dicere tibi“. „Dic“, inquit. et dixi illi: „Domine, si quis habuerit uxorem fidelem in domino et hanc invenerit in adulterio, numquid peccat vir, si convivat cum illa“? et dixit mihi: „Quamdiu nescit peccatum eius, sine crimine est vir vivens cum illa. si autem scierit vir, mulierem suam deliquisse, et non egerit poenitentiam mulier et permanet in fornicatione sua, et convivit cum illa vir, reus erit peccati eius et particeps moechationis eius“. et dixi illi: „Quid ergo, si permanserit in vitio suo mulier“? et dixit: „Dimittat illam vir, et vir super se maneat. quodsi dimiserit mulierem suam et aliam duxerit, et ipse moechatur“.

---

1. VIII D. — 2. ait, tibi c. Vat. ed. pr. v., tibi, ait D. — 4. quia hoc facit c. D. L. Vat., hoc enim parit ed. pr., haec enim parit v. — 4. 5. memor esto domini semper c. D. Vat. ed. pr., semper memor esto domini v. — 6. in corde tuo c. D. Vat., in cor tuum ed. pr. v. — ascenderit, sic c. D. Vat., ascenderit tam prava ed. pr., ascenderit tam mala v. — 7. haec c. Vat. ed. pr. v., hoc D. — 8. abstine te c. Vat. ed. pr. v., et abstine te D. — 9. non ibi debet ascendere c. Vat., non debet ibi ascendere D., nunquam ibi ascendere debet ed. pr. v. — 10. mihi pauca verba dicere tibi c. D. L. (Dr.) Vat. Dress., me pauca verba tecum loqui ed. pr. v. — 13. convivat c. D. Vat. Dress., convivit ed. pr. v. — nescit c. D. ed. pr. v., nescis Vat. — 14. illa c. Vat. ed. pr. v., ea D. — 15. mulierem c. B. D. Vat., uxorem ed. pr. v. — egerit c. D. v., eget Vat., egit ed. pr. — 16. illa c. D. ed. pr. v., ea Vat. — 17. peccati eius c. D. ed. pr. v., peccatis suis Vat. — 19. super se (ἐφ' ἑαυτῷ) c. Vict. (cf. p. 40, 12), per se D. Vat. ed. pr. v. — 20. mulierem c. D. ed. pr. v., uxorem Vat. —

et dixi illi: „Quodsi mulier dimissa poenitentiam egerit et voluerit ad virum suum reverti, non recipietur a viro suo“? et dixit mihi: „Immo si non receperit eam vir suus, peccat et magnum peccatum sibi admittit. sed debet recipere peccatricem, quae poenitentiam egit, sed non saepe. servis enim dei una poenitentia est. propter poenitentiam ergo non debet dimissa coniuge sua vir aliam ducere. hic actus similis est in muliere et in viro. non solum moechatio est illis, qui carnem suam coinquinant, sed et qui simulacrum facit moechatur. quodsi in his factis perseverat et poenitentiam non agit, recede ab illa et noli convivere cum illa. sin autem, et tu particeps eris peccatis eius. propter hoc praeceptum est vobis super vos manere sive viro sive mulieri. potest enim in huiusmodi poenitentia esse. sed et ego non do occasionem, ut haec sic agantur. sed ne amplius qui peccaverit peccet. de prioribus autem peccatis eius deus, qui potestatem habet sanitatem dandi, dabit remedium, quia ipse est qui habet potestatem omnium“.

---

1. Quodsi (ἐὰν οὖν) c. D., quid si Vat. ed. pr. v. — 2. non c. D. Vat., nonne ed. pr. v. — 3. Immo c. D. ed. pr., imo Vat. v. — eam c. Vat. ed. pr. v., illam D. — suus c. D. ed. pr. v., om. Vat. Dress. — 4. magnum c. Vat. ed. pr. v., om. D. — sed (ἀλλὰ) c. D. v., et Vat. ed. pr. — 5. 6. una poenitentia c. D. ed. pr., poenitentia una Vat. v. — 6. ergo non c. D. ed. pr. v., non ergo Vat. — 7. vir aliam c. Vat. ed. pr. v., viam altam D. — 7. 8. in muliere et in viro (ἐπὶ γυναικὶ καὶ ἀνδρὶ) c. D., et in viro et in muliere Vat. ed. pr. v. — 8. illis c. Vat. ed. pr. v., illi B. — 9. coinquinant c. D. Vat. ed. pr. v., coinquinat B. — et qui c. D. Vat., et is qui ed. pr. v. — 11. convivere c. D. ed. pr. v., convenire Vat. Dress. — sin autem c. D. L. (Dr.) Vat. ed. pr., alioquin ed. pr. v. — 12. peccatis c. D. Vat., peccati ed. pr. v. — vobis (ὑμῖν) c. ed. pr. v., nobis D. Vat. — 12. 13. super vos manere (ἐφ' ἑαυτοῖς μένειν) c. C. Vict., super nos manere D. Vat. (post: nos expuncto voc.: hoc), per vos manere ed. pr., ut coelibes maneatis v. — 13. sive viro sive mulieri c. C. Vict. ed. pr., sine viro sive sue mulieri D., sine muliere sine viro Vat., tum vir tum mulier v. — huiusmodi c. Vat. ed. pr. v., huius D. — 14. sic c. D. Vat., ita ed. pr. v. — 15. qui peccaverit peccet c. Vat. ed. pr. v., peccet qui peccaverit D. — 16. sanitatem dandi c. D. Vat. ed. pr. v., sanandi L. — 17. habet potestatem c. Vat. ed. pr. v., potestatem habet D. —

[2] iterum interrogavi et dixi: „Quoniam deus existimavit me dignum esse, ut mecum habites semper, pauca verba mihi dissere, quia non intelligo quicquam, et cor meum obduratum est a pristina conversatione, et sensum mihi aperi, quia vehementer stultus sum et in totum nihil intelligo“. et respondens dixit mihi: „Ego praepositus sum poenitentiae et omnibus poenitentiam agentibus sensum do. aut non tibi videtur, poenitentiam agere sapientiam esse magnam? quoniam qui poenitentiam agit sensum magnum accipit. sentit enim qui peccavit, quia fecit nequiter ante conspectum domini, et recordatur intellectu, quod deliquit, et poenitentiam agit et iam non operatur nequiter, sed operatur bene et humiliat animam suam et torquet eam, quia peccavit. vides ergo, quia poenitentia sensus est magnus“. et dixi illi: „Propter hoc, domine, diligenter inquiro omnia, quoniam peccator sum, ut sciam, quibus operer ut vivam, quia multa sunt peccata mea“. et dixit mihi: „Vives, si mandata mea haec custodieris, et quicunque audierit et fecerit mandata haec, vivet deo“.

---

1. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — 1. 2. existimavit me c. Vat. ed. pr. v., me existimavit D. — 2. habites c. D. ed. pr. v., habite Vat. — 3. dissere c. D., dixere Vat., edissere ed. pr. v. — 3. 4. obduratum est (πεπώρωται) c. L. (Dr.) Vat. ed. pr., induratum D., obturatum v. — 4. apperi D. — 5. stultus c. B. D. L. Vat., obtusus ed. pr. v. — in totum nihil (ὅλως οὐδὲν) c. D. ed. pr. v., intonitus mihi C. (nihil?) Vat. — 6. sum (εἰμὶ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 7. aut c. Vat., ait D., an ed. pr. v. — 8. sapientiam esse magnam c. D., sapientia magna L., magnam sapientiam esse Vat. ed. pr. v. — 9. accipit c. D. Vat. ed. pr., adipiscitur v. — enim (γὰρ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — qui peccavit (ὁ ἁμαρτήσας) emend., quia peccavit D. Vat. ed. pr., se peccasse v. — 9. 10. quia fecit c. D. Vat., et quia fecit ed. pr., et fecisse v. — 10. ante conspectum c. B. D., in conspectu Vat. ed. pr. v. — 11. et iam c. L. (Dr.) Vat. Dress., et D., et amplius ed. pr. v. — 13. quia poenitentia c. D. Vat. ed. pr., quod poenitentia v. — 14. Propter hoc c. Vat. ed. pr. v., propter hec D. — 15. 16. quibus operer ut vivam c. D. L. (ut vivam etiam C. G.), quibus operer et vivam Vat., quae operer et vivam ed. pr. v. — 17. mandata mea haec c. D. Vat., haec mandata mea ed. pr. v. — 17. 18. et fecerit (φυλάξωσι) c. D. ed. pr. v., om. D. Vat. —

[3] et dixi illi: „Etiam nunc, domine, audivi a quibusdam doctoribus, quod alia poenitentia non est nisi illa, cum in aquam descendimus et accipimus remissionem peccatorum, iam non peccare, sed in castitate permanere". et ait mihi: „Recte audisti. nunc autem, quia diligenter omnia quaeris, et hoc tibi demonstro, non dans occasionem illis, qui credituri sunt, aut qui modo crediderunt domino. qui enim modo crediderunt, aut qui credituri sunt, poenitentiam peccatorum non habent, sed remissionem. illis enim, qui vocati sunt ante hos dies, posuit dominus poenitentiam, quoniam omnium cogitationes praecordiorum novit deus et scit infirmitatem hominum et multiplicem nequitiam diaboli, quia facit aliquid sinistri servis dei et maligne insidiatur illis. misericors ergo dominus misertus est figmento suo et posuit poenitentiam istam et potestatem poenitentiae huius mihi dedit. et ideo dico tibi, quoniam post vocationem illam magnam sanctamque si quis tentatus fuerit a diabolo et peccaverit, unam poenitentiam habet. si autem subinde peccat et poenitentiam agit, non proderit homini talia agenti. difficile enim vivet deo". et ego dixi: „Domine, revixi, ubi tam diligenter audivi haec

---

1. quibusdam c. Vat. ed. pr. v., quibus D. — 3. aquam c. D. ed. pr. v., quam Vat. — iam c. D. Vat., ulterius ed. pr. v. — 5. quia c D. ed. pr. v., qui Vat. -- diligenter omnia quaeris c. Vat. ed. pr. v., diligenter omnia inquiris L. Dress., omnia diligenter quaeris D. — 6—8. aut qui modo cred. — aut qui credituri sunt c. D. ed. pr. v., om. Vat. (propter homoeoteleuton). — 7. modo (νῦν) c. L., nō̃ (pro mō̃ = modo) D., om. ed. pr. v., nuper Dress. — modo (νῦν) c. D., iam ed. pr. v. — 9. illis c. D. ed. pr. v., illos Vat., talibus B. — 10. 11. omnium cogitationes praecordiorum c. D. Vat., cogitationes praecordiorum ed. pr. Cot:, cogitationes omnium praecordiorum Dress. -- 11. scit c. D. ed. pr. v., sic Vat. — 12. quia facit (ὅτι ποιήσει) c. D. Vat. (facit etiam B. L.), qua molitur ed. pr. v. — 12. sinistri servis dei et (κακὸν τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ καὶ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 13. misertus est (ἐσπλαγχνίσθη) c. ed. pr. v., misertus D. Vat. — 13. figmento suo c. B. D. L. Vat., figmenti sui ed. pr. v. — huius c. Vat. ed. pr. v., huiusmodi D. — 15. quoniam c. D. Vat. ed. pr., quod v. — magnam c. D. ed. pr. v., magnum Vat. — 16. sanctamque c. D., sanctam Vat., et sanctam ed. pr. v. — 17. peccat c. D. Vat. ed. pr., peccet v. — 19. ubi c. D. ed. pr. v., ut Vat. —

mandata. scio enim, si postea nihil adiecero peccatis meis, salvus ero“. et dixit: „Salvus, inquam, et omnes, quicunque fecerint haec mandata, salvi erunt“.

[4]et iterum dixi illi: „Domine, quia patienter me audis, etiam hoc mihi demonstra“. „Dic“, inquit. „Si uxor aut vir decesserit alicuius, et nupserit aliquis illorum, numquid peccat“? „Qui nubit non peccat“, inquit, „sed si per se manserit, magnum sibi facit honorem apud dominum. serva ergo castitatem et pudicitiam et vives deo. haec, quae tecum loquor et mando tibi, custodi a modo, ex quo mihi traditus es, et in domo tua habito. et prioribus peccatis tuis erit remissio, si mandata mea custodieris. sed et omnibus erit remissio, qui haec mandata mea custodierint.

## Mandatum V.

[1]„Animaequus“, inquit, „esto et patiens et omnium operum nequissimorum dominaberis et operaberis omnem iustitiam. quodsi patiens fueris, spiritus sanctus, qui habitat in te, mundus erit et non tenebrabitur ab alio nequissimo spiritu,

1. postea c. D. ed. pr. (post ea) v., primo ea Vat., fecero ea et C. — 2. Salvus c. D. Vat. ed. pr. Cot., salvus eris Dress. al. —

4. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — patienter me patienter me Vat. — 5. hoc mihi c. Vat. ed. pr. v., mihi hoc D. — inquit c. D. Vat. ed. pr. Cot., inquit. et dixi Dress. — 5. 6. Si uxor aut vir decesserit alicuius (cf. gr.) emend., si uxor ac vir decesserit alicuius D., si uxor aut vir decesserit alicui B., si vir vel mulier discesserit alicuius Vat., si vir vel mulier decesserit alicuius ed. pr. v. — 6. illorum c. D. v., eorum Vat. ed. pr. — 8. facit c. D. Vat., acquirit B., conquirit ed. pr. v. — 10. a modo c. D. Vat. (ammodo) ed. pr., deinceps v. — mihi traditus es c. D. Vat. ed. pr. Dress., tibi traditus sum Cot. — 11. 12. si mandata mea custodieris, sed et omnibus erit remissio c. D. ed. pr. v., om. Vat. (propter homoeoteleuton). — si mandata c. D. Cot., si haec mandata ed. pr. Dress. — 13. haec c. D. Vat., om. ed. pr. v. —

14. IX. D. — 15. Animaequus c. D., animequies Vat., aequanimis ed. pr. v. — 15. 16. operum c. D. ed. pr. v., iporum Vat. — 17. quodsi patiens fueris c. D. ed. pr. v., quidsi paciens fuerit Vat. — 18. tenebrabitur c. D., tenebricabitur Vat., obscurabitur ed. pr. v. — alio c. D. Vat. ed. pr.,

sed gaudens spatiose habitat et epulabitur cum vase, cum quo inhabitat, et apparebit domino hilaris in pace magna. quodsi iracundia aliqua venerit, continuo spiritus sanctus, qui est in te, angustiabitur et quaerit recedere. suffocatur enim a spiritu nequissimo et non habet locum apparendi domino, sicut vult. tribulatur enim ab iracundia. utrique ergo spiritus cum pariter inhabitant, perniciosum est homini. si quis enim sumat absinthii pusillum et mittat in amphoram mellis, nonne exterminabitur totum mel? et tantum mel a modico absinthio disperit et perdit dulcedinem mellis et iam non habet gratiam apud dominum suum. quoniam totum amarum factum est et perdidit usum suum. sed si in melle non mittatur absinthium, dulce erit et in usu domino suo. vide enim, quoniam animaequitas dulcissima est plus quam mel et utilis erit domino, qui in ipsa commoratur. nam iracundia inutilis est. si ergo mixta fuerit iracundia animaequitati, contribulatur animaequitas, et

---

aliquo v. — nequissimo c. D. ed. pr. v., iniquissimo Vat. — 1. spatiose habitat (ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν) emend., spatiosa habitat B., spaciose habet D. L., speciose habet Vat., dilatabitur ed. pr. v. — 1. 2. cum vase, cum quo inhabitat c. D. L. (habitat) Vat. (cum vase etiam C.), in vase, in quo inhabitat ed. pr. v. — 3. venerit c. D. Vat., supervenerit ed. pr. v. — 3. 4. est in te c. D. Vat. ed. pr., in te est v. — 4. querit recedere D. Vat., quaeret discedere ed. pr. v. — a spiritu c. C. D. Vat. ed. pr. v., aspectu Cot. — 6. utrique c. Vat. ed. pr. v., uterque D. — 7. sumat c. D. Vat. ed. pr., assumat v. — 7. 8. abscinthii Vat. — 8. 9. exterminabitur totum mel c. D. Vat., totum mel exterminabitur ed. pr. v. — 10. mellis (τοῦ μέλιτος) c. Vat. ed. pr. v., mel (cum seqq. iunctum) C. D. — et iam non c. D. (eciam) Vat. v., et non C., et amplius non ed. pr. — 11. totum c. C. D. Vat. ed. pr., totum mel v. — 11. 12. perdidit usum suum c. D. Vat. (perdit) ed. pr., usum suum perdidit v. — 12. melle c. D. Vat. ed. pr., mel v. — 13. usu c. D. Vat. ed. pr. v., usum L. — 13. 14. quoniam animaequitas dulcissima est plus quam mel c. D. Vat. (quantum pro: quoniam) Vict. ed. pr. (aequanimitas) [animaequitas etiam B. L.], quam sit aequanimitas dulcior melle v. — 16. iracundia (ἡ ὀξυχολία) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — animaequitati c. D. Vat., aequanimitati ed. pr. Dress., aequanimitate Cot. — contribulatur c. Vat. ed. pr. v., tribulatur (cf. l. 6) D. — animaequitas (ἡ μακροθυμία) emend., anima D. L. Vat., animus ed. pr. v. —

non est utilis oratio illius deo". et dixi illi: „Volebam scire, domine, nequitiam iracundiae, ut custodiam me ab illa". et dixit mihi: „Scies, et si non custodieris te ab illa, perdes spem tuam cum domo tua. sed recede ab illa. ego enim tecum sum nuncius aequitatis, et omnes quicunque recedunt, quicunque poenitentiam egerint ex totis praecordiis suis. sed et cum illis ero et conservabo omnes. iustificati enim sunt omnes, qui poenitentiam egerint, a sanctissimo nuncio".

2 „Audi nunc", inquit, „nequitiam iracundiae, quam pessima est, et quomodo servos dei evertit. qui enim pleni sunt in fide, nec potest aliquid facere illis, quoniam virtus dei est cum illis. evertit enim vacuos et dubios. quoties enim viderit tales homines, inicit se in corda hominum, et de nihilo aut vir aut mulier amaritudinem percipit propter res, quae sunt in usu, aut pro convictu aut pro ullo aliquo, si quod incidit, supervacuo aut pro aliquo amico aut debito aut

1. oratio illius deo c. D., oratio deo illius Vat., deo oratio illius ed. pr. v. — Volebam c. D. Vat., vellem ed. pr. v. — 2. 3. et dixit mihi c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 4. domo c. D. Vat., tota domo ed. pr. v. — 5. nuncius aequitatis add. lat. interpr. — quicunque recedunt c. D. Vat., qui ab ea recedunt ed. pr. v. — 6. praecordiis suis (cf. gr.) c. D. Vat. Mss. Angl., praecordiis suis, vivent deo ed. pr. v. — 8. poenitentiam egerint c. Vat. ed. pr. v., egerint poenitentiam D. — 9. 10. quam pessima est c. B. D. Vat., quam prava quamque noxia est ed. pr. v. — 10. quomodo c. D. Vat., quo pacto ed. pr. v. — servos dei evertit, gr. *τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ καταστρέφει τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ, καὶ πῶς ἀποπλανᾷ αὐτοὺς ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης.* — 10. 11. pleni sunt in fide c. Vat. ed. pr. Cot., sunt in fide D., pleni sunt fide Mss. Angl. Dress. — 11. nec potest aliquid facere illis c. D. Vat. (non) [facere etiam L.], non potest aliquid nocere illis ed. pr., non potest nocere illis v. — 12. vacuos et dubios (*τοὺς ἀποκένους καὶ διψύχους ὄντας*) c. D. Vat. ed. pr., dubios et vacuos v. — quotiens Vat. — enim c. D. Vat. ed. pr. Dress., autem v. — 13. inicit c. D. ed. pr. v., iniciet Vat. — hominum c. B. D. L. Vat., eorum ed. pr. v. — 14. percipit c. Vat. ed. pr. v., percipiunt D. — 15. convictu c. D. ed. pr. v., convicta Vat. — 15. 16. aut pro ullo aliquo, si quod incidit, supervacuo (*ἢ μικρολογίας τινὸς*) c. D. Vat., aut pro aliquo verbo, si quod forte incidit, supervacuo ed. pr. v. — 16. aliquo amico c. D. Vat. ed. pr., amico aliquo v. —

de his similibus rebus supervacuis. haec enim stulta sunt et supervacua et vana servis dei. animaequitas enim valida est et fortis et habet virtutem magnam et sedet in amplitudinem magnam, hilaris, in pace gaudens et honorificans dominum omni tempore mansuete. haec ergo animaequitas habitat cum bene fidentibus, nam iracundia stulta est et levis et fatua. de stultitia vero nascitur amaritudo, et ex amaritudine iracundia, et ex iracundia furor. hic ex tot malis creatus facit peccatum magnum et insanabile. cum enim haec omnia in uno vase sunt, ubi et spiritus sanctus moratur, non capit hoc vas, sed superfluit. quoniam tener spiritus non potest cum malo spiritu morari, recedit et habitat cum mansueto. deinde cum recesserit ab homine, cum quo habitabat, fit homo vacuus a spiritu sancto et postea repletur spiritibus malis et obcaecatur a cogitatione bona. sic omnibus iracundis contingit. recede ergo tu ab iracundia et indue animaequitatem et resiste iracundiae et inve-

1. de his c. D. Vat., pro iis ed. pr., pro his v. — stulta sunt c. Vat. ed. pr. v., sunt stulta D. — 2. animaequitas enim c. D. Vat., aequanimitas enim ed. pr., aequanimitas autem v. — valida est c. D. ed. pr. v., et valida Vat. — 3. 4. amplitudinem magnam c. D. Vat., amplitudine magna ed. pr. v. — 4. hilaris c. D. ed. pr. v., hylari Vat. — omni c. D. Vat., in omni ed. pr. v. — 5. ergo (οὖν) c. D., enim Vat. ed. pr. v. — animaequitas c. D. Vat., aequanimitas ed. pr. v. — habitat c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 7. et ex amaritudine c. D. v., ex amaritudine Vat. ed. pr. — 7. 8. et ex iracundia (ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς) c. D., ex iracundia Vat. ed. pr., ex iracundia vero v. — 8. creatus facit peccatum c. B. D. Vat., creatus furor operatur peccatum ed. pr. Cot., creatis furor operatur peccatum Dress. — 9. et insanabile c. D. ed. pr. v., insanabile Vat. — 10. hoc vas c. Vat. ed. pr., hec vas D., hoc sic C., hos vas v. — 10. 11. superfluit c. D. Vat. ed. pr., supereffluit v. — 11. quoniam c. Vat. ed. pr. v., quia D. — 11. 12. morari c. D. Vat., immorari ed. pr. v. — 13. cum quo habitabat c. D. (habitavit) Vat., in quo habitabat ed. pr. v. — 14. repletur spiritibus malis c. D., repellitur a spiritibus malis Vat., repletur spiritibus malignis ed. pr. v. — 15. bona (τῆς ἀγαθῆς) c. Vict., mala C. D. Vat. ed. pr. v. — sic omnibus iracundis contingit c. C. D. (contigit) Vat. Vict. Mss. Angl. Dress., om. ed. pr. Cot. — 16. indue c. D. Vat. ed. pr. v., induc Vict. —

nieris cum pudicitia et caritate a deo. vide ergo, ne forte negligas hoc mandatum. si ergo huic mandato dominationem egeris, et cetera mandata mea, quae tibi mandaturus sum, poteris servare. confirma nunc te in mandatis istis, ut vivas deo, et quicunque servaverint haec mandata vivent deo.

## Mandatum VI.

[1] „Praeceperam“, inquit, „tibi in primo mandato, ut custodires fidem et timorem et abstinentiam“. „Etiam“, inquam, „domine“. „Sed nunc volo tibi monstrare virtutes horum mandatorum, ut scias effectus illorum. [duplex enim est effectus illorum], quoniam posita sunt ad iustum et iniustum. sed tu crede iusto, iniusto autem nihil credas. iustitia enim rectam viam habet, iniustitia pravam. sed tu rectam viam custodi, pravam autem relinque. prava autem via non habet exitum bonum, sed offendicula multa habet. aspera et spinosa est et

---

1. et caritate a deo (τῆς ἠγαπημένης ὑπὸ τοῦ θεοῦ) emend., et castitate a deo ed. pr. v., et castitate deo Vat., et equitate et castitate deo D. — negligantes D. — ergo (γὰρ) c. D. Vat. ed. pr., enim v. — 2. 3. dominationem egeris, et c. B. D. Vat., obedientiam praestiteris et ed. pr. Cot. Dress. (om. et). — 3. tibi mandaturus sum c. Vat. ed. pr. v., mandaturus sum tibi D. — poteris c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 4. confirma c. D. Vat., confirma ergo ed. pr. v. — mandatis istis c. Vat. ed. pr. v., istis mandatis D. — ut vivas c. D. ed. pr. v., et vivas Vat. —

6. X. D. — 7. 8. custodires c. D. ed. pr. v., custodieris Vat. — abstinentiam (τὴν ἐγκράτειαν) emend., poenitentiam codd. et edd. Fabricius adnotavit: „fortasse leg. continentiam [Dress.] sive abstinentiam ut p. 825“ [Mand. I. p. 36, 10]. — 9. domine c. D. Vat. ed. pr. Cot., domine. et dixit Dress. — nunc volo tibi c. D., tibi nunc volo Vat., nunc tibi volo ed. pr. v. — 10. 11. uncinis inclusa respondent graecis: διπλαῖ γάρ εἰσιν αἱ ἐνέργειαι αὐτῶν (Pal.: duplex enim est potentia eorum). omissa esse videntur propter homoeoteleuton. — 11. quoniam c. D. ed. pr., quomodo Vat. v. — posita sunt ad iustum et iniustum c. D. Vat. (positi), ipsa posita sunt ad iustum pariter et iniustum ed. pr. v. — 11. 12. sed tu c. D. Vat., tu itaque ed. pr., tu igitur v. — 12. crede c. D. ed. pr. v., credis Vat. — credas c. D. Vat., crede ed. pr. v. — 13. iniustitia c. D. Vat., at iniustitia ed. pr. v. — 15. multa habet c. D. Vat. ed. pr. Dress., multa Cot. — et spinosa est c. D. Vat., est et spinosa ed. pr. v. —

ducit ad interitum et nociva est hominibus ambulantibus in illa. qui autem rectam viam petunt, aequaliter ambulant sine offensione, quia non est aspera neque spinosa. vides ergo, quoniam melius est per hanc viam ire. ibis enim", inquit, „et quicunque ex toto corde crediderint in domino, ibunt per illam".

[2] „Audi nunc", inquit, „primum de fide. duo sunt nuncii cum homine, unus aequitatis et unus iniquitatis". et ego dixi illi: „Quomodo, domine, scire potero, quod duo sunt nuncii cum homine"? „Audi", inquit, „et intellige. aequitatis nuncius tener est et verecundus et mansuetus et quietus. cum ergo in cor tuum ascenderit, continuo loquitur tecum de iustitia, de pudicitia, de castitate, de benignitate, de indulgentia, de caritate, de pietate. haec omnia cum ascenderint in cor tuum, scito, quoniam nuncius aequitatis tecum est. huic ergo nuncio crede et operibus eius. accipe nunc et nuncii iniquitatis opera. primum amarus et iracundus et stultus est, et opera illius perniciosa sunt et evertunt servos dei. cum ergo hic in cor tuum ascenderit, intelliges eum ab operibus eius, quia hic

---

1. nociva c. D. Vat. ed. pr., noxia v. — 2. rectam viam petunt c. D. Vat. (petiunt) ed. pr., viam rectam petunt v. — 3. neque c. D. ed. pr. v., et Vat. — 3. 4. vides ergo quoniam c. Vat. ed. pr., vide ergo quoniam D., vides igitur quod v. — 4. ire c. D. Vat., incedere ed. pr. v. —

7. 8. nuncii c. D. Vat. Vict. ed. pr., genii v. — 9. 10. nuncius tener c. (B.?) D. Vat., nuncius lenis ed. pr., genius tener Cot., genius lenis Dress. — 10. et verecundus et mansuetus et quietus c. D. Vat. ed. pr., lenis et verecundus, mansuetus et quietus Cot., et verecundus, mansuetus et quietus Dress. — 12. indulgentia c. B. D. L. Vat., venia ed. pr. v. — 13. de pietate c. D. Vat. ed. pr. Cot., et de pietate Dress. — 13. 14. in cor tuum (εἰς τὴν καρδίαν σου) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 14. quoniam nuncius c. Vat. ed. pr., quia nuncius D., quod nuncius C. Vict., quod genius v. — 15. nuncio c. D. Vat. Vict. ed. pr., genio v. — nuncii c. D. Vat. Vict. ed. pr., genii v. — 16. et iracundus et stultus est c. D. Vat. (om. est) ed. pr. (stolidus), iracundus et stolidus est v. — 17. evertunt (καταστρέφοντα) c. Vat. ed. pr. v., avertunt D. — hic (οὗτος) emend., hec D., om. Vat. ed. pr. v. — 18. ascenderit c. Vat., ascenderint D., ascenderint haec ed. pr. v. — intelliges eum c. Vat. ed. pr., intelliges D. v. —

est nuncius iniquitatis". „Quomodo, domine, intelligam"? „Audi", inquit, „et intellige. cum iracundia tibi accesserit aut amaritudo, intellige quia ipse est in te, deinde cupiditas multorum operum et optimorum ciborum et ebrietatis, desiderium multarum rerum alienarum et superbia et multiloquia et ambitiositas et quaecunque his similia sunt. haec ergo cum in corde tuo ascenderint, intellige quoniam nuncius iniquitatis est tecum. tu ergo cum cognoveris opera illius, recede ab his omnibus et nihil illi credas, quia mala sunt opera illius et non conveniunt servis dei. habes ergo utrorumque nunciorum opera. intellige nunc et crede nuncio aequitatis [et recede a nuncio iniquitatis], quia doctrina illius mala est. licet sit fidelissimus homo, et cogitatio huius nuncii ascendat in corde illius,

---

ab operibus eius c. Vat. ed. pr. Cot., ab operibus suis D., ab operibus Dress. — quia hic est nuncius iniquitatis c. D. Vat. ed. pr. (nuncius ubique etiam Vict.), hunc esse genium iniquitatis Cot., hunc esse genium iniquitatis. et dixi ei Dress. — 3. quia ipse est in te c. D. ed. pr., quia est in te Vat., eum esse in te Cot., eum in te esse Dress. — 3. 4. multorum operum c. D. Vat. ed. pr. v., multarum opum C. — 4. ebrietatis (μεθυσμάτων) emend., ebrietates B. D. Vat., ebrietatum ed. pr. v. — desiderium c. Vat. ed. pr. (et desiderium), desideriorum D., et appetentia v. — 5. multiloquia c. Vat. ed. pr. v., elloquia D. — 5. 6. ambitiositas c. Vat. ed. pr., ambiciones D., ambitio v. — 6. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 6. 7. in corde tuo c. D. Vat., in cor tuum ed. pr. v. — 7. 8. quoniam nuncius iniquitatis est tecum c. D. Vat. (quia) ed. pr. (nuncius etiam Vict.), genium iniquitatis tecum esse v. — 8. his c. D. Vat., illis ed. pr. Cot., iis Dress. — 9. credas c. D. Vat., crede ed. pr. v. — 10. servis c. D. Vat. ed. pr. Cot., servo Dress. — 10. 11. nunciorum opera (cf. gr.) c. ed. pr., nuncium operum D. L. Vat., geniorum opera v. — 11. nuncio c. D. Vat. Vict. ed. pr., genio v. — 11. 12. [et recede a nuncio iniquitatis], quia doctrina illius mala est (ἀπὸ δὲ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας ἀπόστηθι, ὅτι ἡ διδαχὴ αὐτοῦ πονηρά ἐστι παντὶ ἔργῳ) supplevi et emendavi (cf. Pal.), quia doctrina illius bona est codd. et edd. — 12. licet c. D. Vat., licet enim ed. pr. v. — 12. 13. fidelissimus (πιστότατος) c. Angero, felicissimus codd. et edd. — 13. huius nuncii (τοῦ ἀγγέλου τούτου) c. Vat. Vict., nuncii D., alterius nuncii ed. pr., alterius genii v. — corde c. D. Vat., cor ed. pr. v. —

oportet illum virum aut mulierem peccare. si autem nequissimus vir fuerit aut mulier, et ascenderit in corde illius opera nuncii aequitatis, necesse est illum aut illam aliquid boni facere. vides ergo, quia bonum est nuncium aequitatis sequi. si ergo secutus fueris et credideris operibus illius, vives deo, et qui crediderit operibus illius, vivet deo".

## Mandatum VII.

„Time", inquit, „dominum et mandata eius custodi. servans enim praecepta dei eris potens in omni actu, et omne negotium tuum erit incomparabile. timens enim dominum omnia bona operaberis. hic est timor, quem timere oportet, ut salvus esse possis. diabolum autem ne timeas. timens enim dominum dominaberis illius, quia virtus in illo nulla est. in quo autem virtus non est, nec timor. nam in quo virtus gloriosa est, et timor in illo est. omnis enim virtutem habens et timorem habet. nam qui virtutem non habet ab omnibus contemnitur. time plane facta diaboli, quoniam maligna sunt. metuens enim dominum timebis et opera diaboli non facies, sed abstinebis te ab eis. duplex enim timor est. si enim malum operari nolueris,

1. 2. nequissimus c. D. ed. pr., iniquissimus Vat., etiam nequissimus v. — 2. ascenderit (ἀναβῇ) c. Vat. ed. pr., ascenderint D. v. — corde c. D. Vat., cor ed. pr. v. — 3. nuncii c. D. Vat. Vict. ed. pr., genii v. — aequitatis c. D. ed. pr. v., iniquitatis Vat. — 4. quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — nuncium c. D. Vat. Vict. ed. pr., genium v. — 5. ergo c. D. Vat., ergo illum ed. pr. v. — operibus c. Vat. ed. pr. v., opera D. — 6. crediderit c. D. Vat. ed. pr., crediderint v. — illius (cf. gr.) c. ed. pr. v., illis D. Vat. — vivet c. D. Vat., vivent ed. pr. v. — 7. XI. D. — 10. negotium c. B. D. Vat. v., consilium ed. pr. — 11. operaberis c. D. ed. pr. v., operabis Vat., operabitur L. — quem c. D. Vat., quem et illi B. L., quo ed. pr. v. — ut c. D. ed. pr. v., et ut Vat. — 13. 14. in quo autem virtus non est, nec timor c. D. Vat., in quo autem virtus non est, is ne quidem timendus est v., om. ed. pr. — 14. nam in quo c. D. Vat., in quo autem ed. pr., in quo vero v. — 14. 15. et timor in illo est c. D. (om. est) Vat. ed. pr., etiam timendus est v. — 15. et timorem habet c. D. Vat. ed. pr., etiam timendus est Cot. Dress. (is etiam). — 17. plane c. Vat. ed. pr. v., plana D. — enim, gr. οὖν, fort. ergo. — 19. nolueris (μὴ θέλῃς) emend., volueris codd. et edd. —

timens dominum non id facies. si enim bonum operari volueris [timens dominum id facies]. timor itaque domini validus et ingens et gloriosus est. time igitur deum et vives. et quicunque eum metuerint, custodientes mandata eius, eorum vita est apud dominum, non custodientium autem nec vita in illis est“.

## Mandatum VIII.

„Dixi tibi“, inquit, „quia creationes domini duplices sunt, et abstinentia duplex est. et a quibusdam abstineri oportet, a quibusdam vero non“. „Manifesta“, inquam, „mihi, domine, a quibus abstineri oportet, et a quibus non“. „Audi“, inquit, „a malo abstine te et noli id facere. a bono autem abstinere te noli, sed fac illud. si enim abstinueris a bono et non id feceris, peccabis. abstine te igitur ab omni malo et facies omnem iustitiam“. „Quales enim malignitates sunt hae, a quibus oportet abstineri“? „Audi“, inquit, „ab ebrietatibus, ab adulteriis, a conviviis malignis, ab esca nimia, a lautitia et inhonestate, a su-

1. non id facies c. B. D. L., ne id facias Vat., ne id quidem facies ed. pr. Cot., ne id quidem facias Dress. — enim (δὲ) c. D. Vat. ed. pr., autem v. — 1. 2. volueris (θέλῃς) c. Vat. ed. pr. v., nolueris D. — 2. uncinis inclusa supplevi e gr. (φοβοῦ τὸν κύριον καὶ ἐργάσῃ αὐτὸ), cf. Pal. — itaque c. D. Vat. Vict., utique ed. pr. v. — 3. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — et vives. lat. int. om. gr. p. 55, 13 – 16. — 5. est c. D. ed. pr. v., erit Vat. —

6. XII. D. — 7. quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — creationes c. B. D. Vat., orationes L., creaturae ed. pr. v. — 8. et a c. D. Vat. ed. pr., a v. — abstineri c. D. Vat., abstinere ed. pr., ergo abstinere v. — 9. inquam, mihi c. D. ed. pr. v., mihi, inquam Vat. — abstineri c. D. Vat., abstinere ed. pr. v. — 10. 11. abstine te c. D. Vat. (te te), abstin ed. pr. v. — 11. id c. D. Vat. Cot., illud ed. pr. Dress. — facere c. D. ed. pr. v., facere sed fac (sed fac punctis suppositis) illud Vat. — abstinere te c. D. L. (Dress.) Vat., abstinere ed. pr. v. — 13. te c. Vat. (abstinete), om. D. ed. pr. v. — igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — facies (ἐργαζόμενος) emend., scies D. ed. pr. v., scias Vat. — 14. enim c. D. Vat., inquam ed. pr. v. — sunt c. Vat. ed. pr. v., om. D. — hae c. D. Vat. v., eae ed. pr. — 14. 15. oportet abstineri c. D., oportet abstinere Vat., abstinere oportet ed. pr. v. — 15. Audi, inquit c. B. D. L. Vat. v., respondit michi ed. pr. — ab ebrietatibus, ab adulteriis c. D. Vat., ab adulteriis, ab ebrietatibus ed. pr., ab adulteriis, ebrietatibus v. — 15. 16. a conviviis c. B. D. L.

perbia, ab abnegantia et mendacio, a nequitia ficta, a memoria malignitatis et a fama pessima. haec sunt opera omnium iniquitatum, a quibus abstinere oportet servum dei. qui enim in his abstinere non potest, vivere deo non potest. audi nunc“, inquit, „et sequentia eorum“? „Adhuc ergo sunt mala sequentia horum“? „Et quidem multa sunt adhuc, a quibus abstinere oportet servum dei: a furto, ab abnegatione, a falso testimonio, a cupiditate, a superbia, et quaecunque his similia sunt. videntur ergo tibi haec esse mala, an non“? „Et quidem valde mala sunt servis dei“. „Ab his ergo omnibus debet se abstinere servus dei. abstine ergo ab omnibus his, ut vivas deo et scribaris cum abstinentibus. a quibus ergo debeas abstinere, haec sunt. a quibus autem non debeas te abstinere, audi. ab omnibus operibus bonis noli te abstinere, sed fac illa. audi“, inquit, „virtutem bonorum operum, quae debeas ope-

---

Vat., et comessationibus ed. pr. v. — a lautitia c. Vat. ed. pr. v., a lautitia alias ab auaricia (var. l.) D. — et inhonestate c. Vat. ed. pr. v., a dolositate et D. — a superbia c. Vat. ed. pr. v., et a superbia D. — 1. ab abnegantia et mendacio c. D. Vat., ab abnegatione, a mendacio ed. pr., ab abnegatione, a mendacio, detractione Cot. Dress. (a detractione). — 1. 2. a memoria malignitatis c. D. L. Vat. (et a) ed. pr., a recordatione iniuriae v. — 2. haec sunt c. D. Vat., haec sunt enim ed. pr., haec enim sunt v. — omnium (πάντων) c. Vat., om. D. ed. pr. v. — 3. in his c. D. Vat. ed. pr., ab iis v. — 5. eorum c. Vat. ed. pr. v., horum D. — 5. 6. Adhuc ergo sunt mala sequentia horum (cf. gr.) c. C. Vat. Vict. Dress., om. D. ed. pr. Cot. — 7. oportet servum c. Vat. ed. pr. Dress., debet servus D. Cot. — ab anegatione Vat. — 8. a cupiditate, a superbia c. Vat. ed. pr. v., a superbia, a cupiditate D. — his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 9. esse mala c. D. Vat., mala esse ed. pr. v. — Et quidem c. D. Vat. ed. pr., equidem v. — 10. 11. se abstinere c. D. Vat., abstinere ed. pr. v. — 11. abstine c. D. ed. pr. v., abstine te Vat. — 11. 12. vivas deo et (ζήσῃς τῷ θεῷ καὶ) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 12. ergo (οὖν) c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 13. haec c. D. Vat., ista ed. pr., illa v. — autem c. D. v., om. Vat. ed. pr. — non debeas te c. Vat., te non debeas D., non debeas ed. pr. v. — 14. operibus bonis c. D., bonis operibus ed. pr. v., operibus Vat. — te abstinere c. D. Vat., abstinere ed. pr. v. — sed c. D. ed. pr. v., et Vat. —

rari, ut salvus esse possis. primum omnium est fides, timor domini, caritas, concordia, aequitas, veritas, patientia, castitas. horum nihil est melius in vita hominum. haec qui custodierit et fecerit in vita sua, vivet deo. deinde horum sequentia audi: viduis administrare, orphanos et pauperes non despicere et servos dei ex necessitate redimere, hospitalem esse — in hospitio enim invenitur aliquando fructus bonus — noli contradicere, quietum esse, humiliorem fieri omnium hominum, maiores natu colere, studere iustitiam, fraternitatem conservare, contumelias sufferre, animaequum esse, lapsos a fide non proicere, sed animaequos facere, peccantes monere, debitores non premere, et si qua his similia sunt. videntur tibi haec esse bona an non"? „Quid enim melius est horum verborum"? „Vive ergo et haec mandata serva et noli ab his recedere. si enim custodieris haec omnia mandata, vives deo, et omnes qui custodierint haec mandata vivent deo".

## Mandatum IX.

Iterum dixit mihi: „Tolle a te dubitationem et nihil ex toto dubites petens aliquid a domino. ne dicas intra te,

---

3. horum c. D. Vat., his ed. pr., iis v. — haec qui c. D. Vat., qui haec ed. pr. v. — 3. 4. custodierit et fecerit c. C. D. Vat., custodierint et fecerint ed. pr. v. — 4. vivet deo (μακάριος γίνεται ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ) c. C., om. D. Vat. ed. pr. v. — 6. in hospitio c. D. Vat., hospitalitate ed. pr. v. — 7. noli c. D. Vat. ed. pr., non v. — 8. humiliorem fieri c. B. L. Vat., humiliorem esse D., humillimum fieri ed. pr. v. — 9. iustitiam c. B. D. L. Vat., in iustitia ed. pr., iustitiae v. — 10. animaequum c. Vat., animequus D., aequanimum ed. pr., aequanimem v. — 11. animaequos c. D. Vat., aequanimos ed. pr., aequanimes v. — peccantes monere c. Vat. ed. pr., peccatores monere D., peccantes admonere v. — 12. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — sunt c. D. Vat. ed. pr. Dress., om. Cot. — 13. an c. Vat. ed. pr. v., aut D. — horum verborum c. B. D. L. Vat., inquam, verbis istis ed. pr. v. — 14. et haec mandata serva c. D., in haec mandata serva Vat., in his mandatis ed. pr. Cot., inquit, in his mandatis Dress. — his c. D. Vat., illis ed. pr., eis v. —

17. XIII. D. — 18. a te c. Vat. ed. pr. v., abs te D. — 18. 19. ex toto c. D. Vat. ed. pr., omnino v. —

quoniam quomodo possum aliquid petere a domino et accipere, cum sim peccator tantorum malorum in dominum? noli hoc cogitare, sed ex totis praecordiis convertere ad dominum. pete sine dubitatione et scies misericordiam domini, quia te non derelinquet, sed petitionem animae tuae replebit. non est enim deus sicut homines memores malorum, sed immemor malorum et miseretur figmento suo. ergo purifica cor tuum ab omnibus vanis huius seculi et observa praedicta verba tibi a deo data et accipies omnia bona quae petis, et ex omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, si sine dubitatione petieris a deo. qui ergo tales non sunt, ex toto nihil impetrant ex petitionibus suis. nam qui pleni sunt in fide, omnia petunt fidentes et accipiunt a domino, quia sine dubitatione petunt. omnis enim dubitans homo si non poenitentiam egerit, difficile deo vivet. purifica ergo cor tuum a dubitatione et indue fidem et crede deo et omnia quae petieris accipies. sed si petas aliquando petitionem et tardius accipias, noli dubitare, quod cito non

1. quoniam quomodo (ὅτι πῶς) c. Vat. ed. pr., quomodo D., quomodo vero v. — accipere c. D. Vat. ed. pr., obtinere v. — 2. tantorum c. Vat. ed. pr. v., tantorum multorum D. — dominum c. Vat. ed. pr. v., deum D. — hoc (ταῦτα) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 3. dominum c. Vat. ed. pr. v., deum D. — 4. quia te non c. D. Vat. ed. pr., quod non te v. — 5. replebit c. B. D. L. Vat., adimplebit ed. pr. v. — 6. malorum c. B. D. Vat. ed. pr., iniuriarum v. — immemor malorum c. D. Vat., est immemor malorum ed. pr., est immemor iniuriarum v. — 7. figmento suo c. D. Vat., figmenti sui ed. pr. v. — 7. 8. ab omnibus vanis (ματαιωμάτων) huius seculi c. D., ab omnibus vitiis huius seculi Vat. ed. pr. v., a malis cogitationibus et ab omnibus huius seculi negotiis B. — 8. a deo data (καὶ αἰτοῦ [int. fort. leg. αὐτοῦ] παρὰ τοῦ κυρίου) c. Vat. ed. pr. v., a deo D. — 9. et ex c. D. v., et et ob Vat., et in ed. pr. — 10. tuis c. Vat. ed. pr. v., om. D. — deo c. D. Vat., domino ed. pr. v. — 11. non sunt c. D. ed. pr. v., sunt Vict, non sunt in fide omnia petunt fidentes Vat. — ex toto c. D. Vat. ed. pr., omnino v. — impetrat Vat. — 11. 12. ex petitionibus suis c. D. Vat. ed. pr., eorum quae petunt v. — 12. in fide c. D. Vat. ed. pr., fide v. — 14. si non c. D. ed. pr v., sive Vat. — 15. 16. crede deo c. Vat. ed. pr. v., credere deo deo D. — 16. sed si c. Vat. ed. pr. v., sed et si D. — 17. tardius (βραδύτερον) c. D. L. Vict., non Vat. ed. pr. v. — accipias c. D. Vat. v., accipias petitionem tuam L., accipies ed. pr. — quod cito

acceperis petitionem animae tuae. forsitan enim propter tentationem aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tardius accipies petitionem tuam. sed tu noli desinere petendo petitionem animae tuae et accipies. si autem cessaveris petendo, de te quereris, non de deo, quod non dederit tibi. vide ergo dubitationem hanc, quia perniciosa sit et saeva et multos radicitus evellit a fide, et valde fideles et firmos. etenim haec dubitatio filia est diaboli et valde nequiter agit ad servos dei. contemne ergo dubitationem et dominaberis eius in omni re. indue firmam fidem et potentem. fides enim omnia repromittit et omnia consummat. dubitatio autem non credit sibi omnia impetrare operum suorum quae agit. vides ergo", inquit, „quia fides a sursum est a deo, et quia habet virtutem magnam. dubitatio autem terrenus spiritus est et a diabolo, virtutem non habens. tu igitur servi virtutem habenti fidei. a dubitatione autem recede, quae non habet virtutem, et vives deo, et omnes vivent deo, quicunque haec egerint".

---

non c. Vat., quod non cito D., quia cito non ed. pr., quia non cito v. — 2. accipies c. D. ed. pr. v., accipias Vat. — 3. 4. petitionem animae tuae et accipies. si autem cessaveris petendo c. Vat. (cessaveritis) ed. pr. v., om. D. propter homoeoteleuton. — 4. quereris c. D. Vat., queraris ed. pr. v. — 6. quia c. D. Vat. ed. pr., quam v. — sit et saeva c. D. v., est et sit seva Vat., est et saeva ed. pr. — evellit c. D. ed. pr., evellat Vat. v. — 7. et valde c. D. Vat., etiam valde ed. pr. v. — 8. ad servos c. D. Vat. ed. pr., cum servis v. — 9. eius c. Vat., ei D., illius ed. pr. v. — 10. fides c. D. ed. pr. v., fidelibus Vat. — 10. 11. consummat (τελειοῖ) c. Vat. ed. pr. (consumat) v., consumit D. — 11. 12. non credit sibi omnia impetrare operum suorum (μὴ καταπιστεύουσα ἑαυτῇ πάντων ἀποτυγχάνει τῶν ἔργων αὐτῆς) emend., non credit sibi omni (tale fere voc. deletum est in D.) imperare operum suorum D. Vat., non credit sibi aliquid impetrare omnibus operibus suis ed. pr., non credit se aliquid impetraturam omnibus operibus suis v. — 12. ergo c. Vat. ed. pr. v., igitur D. — quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 12. 13. a sursum (cf. Roensch. l. l. p. 232) c. D. Vat., de sursum ed. pr. v. — 13. et quia c. D. Vat. ed. pr., et v. — habet virtutem magnam c. D. ed. pr. v., magnam habet virtutem Vat. — 15. servi (δούλευε) c. Vict., serva D. Vat. ed. pr. v. — habenti fidei c. Vat. Vict., habentem fidem C. D., habita fidei L., fidei ed. pr. v. — 17. egerint c. Vat. v., egerunt D., egerit ed. pr. —

## Mandatum X.

[1] „Longe fac a te omnem tristitiam; etenim haec soror est dubitationis et iracundiae“. „Quomodo“, inquam, „domine, soror est harum? aliud mihi videtur tristitia, aliud iracundia, aliud dubitatio“. et ait: „Sine sensu non intelligis. tristitia enim omnium spirituum nequior est et pessima servis dei et omnium spiritus exterminat et contribulat spiritum sanctum et iterum salvum facit“. „Ego“, inquam, „domine, insipiens sum et non intelligo quaestiones istas. quomodo potest contribulare et iterum salvum facere, non intelligo“. „Audi“, inquit, „et intellige. hi nunquam exquisierunt veritatem neque inquisierunt de maiestate, sed tantum crediderunt et sunt involuti in negotiis et divitiis hominum ethnicorum et aliis multis rebus huius seculi. non intelligunt quaestiones divinitatis. obscurantur ex his negotiis et corrumpuntur et confringuntur. sicut vites bonae quae negliguntur, ab herbis et spinis premuntur et nocentur, sic et homines qui crediderunt in negotiis et actionibus multis inciderunt et evocantur a sensu suo et nihil omnino intelligunt, de divitiis agentes. sed si quando audierint de domino, sensus eorum in negotiis ipsorum est. qui autem timo-

1. XIIII. D. — 3. Quomodo, inquam, domine c. Vat. ed. pr. v., Domine, quomodo, inquam D. — 6. nequior est et pessima c. D. Vat., nequior et pessima (est?) L., nequissimus est et pessimus ed. pr., nequissimus est et pessima v. — 7. contribulat c. D. Vat. ed. pr., cruciat v. — 9. potest contribulare c. D. Vat. ed. pr., possit cruciare v. — 11. hi c. D. Vat., ii qui ed. pr., hi qui v. — 12. et sunt c. C. Vat. Vict., et non sunt D., sunt ed. pr. v. — involuti c. D. ed. pr. v., voluti Vat. — 13. et divitiis c. C. D. Vat. Vict. ed. pr., om. v. — divitiis omi hominum Vat. — ethnicorum. in codd. et edd. sequuntur quae ad Mand. XI. p. 59, 5—60, 7 pertinent: et alius mendax prophetes est — loquitur secundum desiderium. — et in aliis ed. pr. — 14. non intelligunt c. B. D. L. Vat., huiusmodi non intelligunt ed. pr. v. — obscuratur Vat. — 14. 15. ex his c. D. Vat., enim ex his ed. pr., enim iis v. — 16. 17. nocentur c. C. D. Vat. Vict., necantur ed. pr. v. — 17. qui crediderunt c. D. Vat., qui talibus crediderunt ed. pr. v. — in c. D. ed. pr., ii (Vat?) v. — 18. evocantur (ἀποπλανῶνται) c. Vict., evacuantur D. Vat. ed. pr. v. — 19. agentes c. D. L. Vat., cogitantes ed. pr. v. — 20. in negotiis ipsorum est. qui autem timorem om. ed. pr. — ipsorum c. D. v., eorum Vat. —

rem domini habent et scrutantur de deo veritatem, cogitationem omnem habent ad dominum. omnia quae dicuntur eis percipiunt et statim intelligunt, quia habent timorem domini in se. ubi enim dominus inhabitat, ibi et sensus multus adiungitur. adiunge ergo te domino et omnia intelliges ac senties. [2] audi nunc, insipiens, quemadmodum tristitia contribulat spiritum sanctum et quomodo salvum facit. cum dubius inciderit in negotio aliquo, et non evenit illi propter dubitationem, tristitia haec intrat in hominem et tristem facit spiritum sanctum et tribulat eum. deinde iterum iracundia cum accesserit homini pro negotio aliquo, vehementer irascitur, et haec ira intrat in praecordia irascentis, et tribulatur in negotio suo quod agit et poenitet, quod male fecerit. utraeque ergo res laedunt spiritum sanctum, dubitatio et tristitia: dubitatio, quia non successit actus eius, et tristitia, quia fecit iracundiam spiritui. aufer ergo tristitiam a te et noli nocere spiritum sanctum, qui in te habitat, ne roget dominum et recedat a te. spiritus enim dei, qui datus est in carne, tristitiam non sustinet. indue

---

2. 3. percipiunt c. D. ed pr. v., precipiunt Vat. — 3. intelligunt c. C. D. Vat. Vict. Dress., intelliguntur Cot. — quia (ὅτι) c. v., qui D. Vat. Vict. ed. pr. — 4. dominus (ὁ κύριος) c. B. Vict., spiritus domini D. Vat. ed. pr. v. — 5. intelliges ac (συνήσεις καὶ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 6. contribulat c. D. Vat. ed. pr., cruciat v. — 7. 8. in negotio aliquo c. D. Vat., in negotium aliquod ed. pr. v. — 8. non evenit illi (ταύτης ἀποτύχῃ) c. L., non pervenit illi Vat. v., non provenerit illi D., non assequitur illud ed. pr. — 9. in hominem c. D. ed. pr. v., in homine Vat. — spiritum sanctum c. D. ed. pr. v., spiritum et quomodo salvum facit sanctum Vat. — 10. tribulat c. D. Vat. ed. pr., vexat v. — iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — 12. praecordia c. D. ed. pr. v., vecordia Vat. — tribulatur c. Vat. ed. pr., contribulatur D., vexatur v. — 13. poenitet c. D. Vat., postea poenitet ed. pr. v. — quod male fecerit. om. gr. αὕτη οὖν ἡ λύπη δοκεῖ σαυτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. — utraeque ergo res (ἀμφότεραι οὖν αἱ πράξεις) c. D. v., uterque ergo Vat., utraque ed. pr. — 14. 15. dubitatio, quia non — et tristitia c. D. ed. pr. v., om. Vat. propter homoeoteleuton. — 16. nocere c. D. Vat. (cf. Roensch. l. l. p. 441), offendere ed. pr. v. — 17. recedat c. D. Vat. ed. pr. Cot., discedat Dress. — 18. carne c. D. Vat. ed. pr., carnem v. —

ergo te hilaritatem, quae semper habet gratiam apud dominum, et laetaberis in ea. omnis enim hilaris vir bene operatur et in bona sapit et contemnit tristitiam. vir autem tristis male facit. [primo quidem male facit], quoniam tristem facit spiritum sanctum, qui datus est homini hilaris. et iterum male facit, quod tristis orat dominum et non ante fecit exomologesin, et non impetrat a deo quod petit. semper enim oratio tristis hominis non habet virtutem, ut ascendat ad altare dei". et dixi illi: „Domine, quare non habet virtutem oratio tristis hominis, ut ascendat ad altare domini"? „Quoniam tristitia sedet in corde eius. cum ergo mixta fuerit oratio viri cum tristitia, non patietur orationem mundam ascendere ad altare dei. sicut enim vinum aceto mixtum eandem suavitatem non habet, sic et tristitia spiritui sancto mixta eandem orationem mundam non habet. munda ergo te a tristitia mala et vives deo, et omnes vivent deo, qui proiecerunt a se tristitiam et induerint hilaritatem".

---

1. ergo te hilaritatem c. D. Vat. (om. ergo), te ergo hilaritate ed. pr. v. — 2. in ea c. D. ed. pr. v., in eam Vat. — 2. 3. in bona sapit c. Vat., vi bona sapit D., bona sapit ed. pr. v. — 3. tristitiam (τῆς λύπης) coni. Cot., iniustitiam codd. et edd. — male facit c. Vat. ed. pr. v., om. D. — uncinis inclusa supplevi e gr. πρῶτον μὲν πονηρεύεται. — quoniam c. D., quod Vat., quia ed. pr. v. — 5. sanctum c. D. ed. pr. v., om. Vat. — datus est c. D. ed. pr. v., datus Vat. — hilaris (ἱλαρὸν) c. Dress., hilari D. Vat. ed. pr. v. — iterum c. D. ep. pr. v., item Vat. — 6. quod c. D. ed. pr. v., om. Vat. — exomologesin c. Vat. ed. pr. v., exomologesim D. — 8. ascendat (ἀναβῆναι) coni. Gall. Dress., accedat codd. ed. pr. v. — dei (θεοῦ) c. Vat. ed. pr. v., domini D. — 9. tristis c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 10. ascendat c. D. ed. pr. v., accedat Vat. — tristitia c. D. Vat. ed. pr., inquit, tristitia v. — 12. orationem mundam (τὴν ἔντευξιν — καθαρὰν) c. ed. pr. v., oratio munda Vat., munda D. — 13. dei c. Vat. ed. pr. v., domini dei D. — vinum aceto (ὄξος καὶ οἶνος) c. Vat. ed. pr. v., aceto vinum D. — 14. sic et c. D. ed. pr. v., sic enim Vat — eandem c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 16. proiecerint c. D. ed. pr. v., proiecerunt Vat. — induerint c. D. ed. pr. v., induerunt Vat. —

## Mandatum XI.

Ostendit mihi sedentes in subselliis homines et alterum sedentem in cathedra. et dixit mihi: „Vides illos, qui in scamnis sedent“? „Video“, inquam, „domine“. „Illi sunt fideles, et ille, qui in cathedra sedet, alius mendax prophetes est, qui perdit sensum servorum dei, dubiorum autem, non illorum, qui fidunt in domino plene. illi ergo dubii quasi ad divinum veniunt et interrogant eum, quid illis futurum sit, et ille mendax prophetes, nullam habens in se virtutem spiritus divini, loquitur illis secundum interrogationem illorum et implet animas illorum promissis, sicut illi volunt. ille autem prophetes inanis est et inania respondet inanibus. quotquot autem interrogatur a vanis hominibus, vana respondet illis. quaedam autem verba vera loquitur. diabolus enim adimplet eum spiritu suo, ut deiciat aliquem ex iustis. quicunque ergo fortes sunt in fide domini et induti sunt veritate, talibus spiritibus non iunguntur, sed discedunt ab illis. quotquot enim dubii sunt et subinde

1. XV. D. — 2. Ostendit c. D. ed. pr. v., ostende Vat. — subselliis c. D. ed. pr. v., subsidiis Vat. — alterum c. D. Vat. Mss. Angl., unum ed. pr. v. — 3. in cathedra c. ed. pr. v., in cathedram Vat., in sub cathedra D. — 4. Illi c. D. Vat. ed. pr., Illi, inquit v. — 5—60, 7. „alius mendax prophetes est — loquitur secundum desiderium“ in codd. et edd. perperam leguntur Mand. X. p. 56, 13 post: ethnicorum. ea huc referenda esse docent graecus textus, versiones codicis Palatini et aethiopica. — 5. alius emend., et alius codd. et edd. — 6. sensum (τὴν διάνοιαν) c. D., sensus Vat. ed. pr. v. — 7. divinum (μάντιν) c. D. Vat. ed. pr., divinum spiritum v. — 8. et interrogant (καὶ ἐπερωτῶσιν) c. ed. pr. v., interrogant D. Vat. — et ille c. D. ed. pr. v., et illum Vat. — 9. in se virtutem c. D. ed. pr. v., virtutem Vat., veritatem in se L. — spiritus divini c. D. Vat. ed. pr. v., spiritu divino L. — 10. interrogationem illorum c. D. ed. pr. v., interrogationem eorum Vat. — 12. quotquot autem c. Vat. ed. pr., quod autem D., quicquid enim v. — 13. hominibus c. D. ed. pr. v., omnibus Vat. — respondit Vat. — 14. adimplet c. D. L. Vat., implet ed. pr. v. — eum c. Vat. ed. pr. v., illum D. — 15. ex iustis (τῶν δικαίων) c. ed. pr. v., illis B. D. L. Vat. — 16. veritate c. D. L. Vat. ed. pr. Dress., veritatem Cot. — iunguntur c. D. ed. pr. v., iungitur Vat. — 17. discedunt c. D. ed. pr. v., descendunt Vat. — enim c. D. Vat., autem ed. pr. v. —

poenitentiam agunt, consulunt tamquam ethnici et magnum sibi peccatum inferunt idolis servientes. quicunque ergo tales sunt, interrogant pro negotio quolibet, simulacrum colunt et stulti sunt et inanes a veritate. omnis enim spiritus a deo datus non interrogatur, sed habens virtutem divinitatis a se omnia loquitur, quia de sursum est a virtute divini spiritus. qui autem interrogatus loquitur secundum desiderium, terrestris est et levis et virtutem non habet in totum et multa loquitur". et dixi: „Quomodo ergo scire potest aliquis eos"? „Audi", inquit, „de utrisque vatibus, et sicut dico tibi, sic probabis prophetem dei et falsum prophetem. primum de vita proba hominem, qui habet spiritum dei. quia spiritus de sursum est quietus et humilis et recedit ab omni nequitia et desiderio huius seculi vano et omnium hominum facit se humiliorem et nemini respondet interrogatus nec singulis respondet, ne-

---

1. consulunt c. Vat. ed. pr. v., et consulunt D. — magnum c. D. Vat. ed. pr., permagnum v. — 2. inferunt (ἐπιφέρουσιν) c. D. Vat., conferunt L., congerunt ed. pr. v. — 3. simulacrum colunt (εἰδωλολατροῦντες) c. Vat., simulac que colunt D., simulachra colunt ed. pr. v. — 4. enim (γὰρ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 4. 5. datus c. D. ed. pr. v., datur Vat. — 5. virtutem c. D. Vat. ed. pr. v., veritatem L. — interrogatus c. Vat. ed. pr. v., interrogata D. — 7—p. 61, 14. „terrestris est et levis — non convenit haec facere dei prophetam" codd. fere omnes exhibent Mand. XII, 1 p. 64, 6. 7 post: „morti tradit servos dei", solus L., quem Dress. secutus est, eadem dedit Mand. XI. p. 62, 10 post: „quales veniunt, tales inveniuntur". hic inserenda esse docent graecus textus, versiones Palatina et aethiopica. — 9. ergo c. D. Vat., igitur ed. pr. v. — 10. de utrisque vatibus (περὶ ἀμφοτέρων τῶν προφητῶν) emend., de utrisque vasis D. (et de) Vat. ed. pr. v. — 11. prophetem c. D., prophetam Vat. ed. pr. v. — falsum prophetem (τὸν ψευδοπροφήτην) emend., flm̄ prophetem D., prophetam falsum Vat., salvum prophetam ed. pr., falsum prophetam v. — de vita (ἀπὸ τῆς ζωῆς) emend., ita D. Vat. Cot., itaque Vict. ed. pr. v. — qui habet (τὸν ἔχοντα) c. Vat. ed. pr., si habet D. — 12. de sursum c. D. Vat. (deorsus), qui desursum est ed. pr. v. — 12. 13. est quietus c. D. Vat., quietus est ed. pr. v. — 14. huius seculi vano c. D. Vat., vano huius saeculi ed. pr. v. — omnium hominum c. D. Vat. Mss. Angl., omni homine ed. pr. v. — facit se c. D. Vat., se facit ed. pr. v. — 15. interrogatus (ἐπερωτώμενος) c. Vat. ed. pr. v.,

que cum vult homini loquitur spiritus dei, sed tunc loquitur, cum vult deus. cum ergo venerit homo, qui habet spiritum dei, in ecclesiam iustorum, habentium fidem domini, et oratio fit ad dominum, tunc nuncius sanctus divinitatis implet hominem illum spiritu sancto, et loquitur in turba, sicut dominus vult. sic ergo dinoscitur spiritus divinitatis, quia quicunque spiritu divinitatis loquitur, loquitur, sicut dominus vult. audi nunc et de spiritu terrestri, vacuo et fatuo, virtutem non habente. primum enim homo qui putatur spiritum habere, exaltat se et vult primam cathedram habere et improbus est et verbosus et in deliciis conversatur et in voluptatibus multis et mercedes accipit divinationis suae. quodsi non acceperit, non divinat. ita num spiritus dei potest mercedes accipere et divinare? sed non convenit hoc facere dei prophetam. facit spiritus terrestris. nam in ecclesia virorum [iustorum] non accedit, sed refugit, applicat autem se dubiis et vacuis et in angulis et abditis locis divinat illis et delectat illos loquendo secundum

om. D. — 1. homini loquitur c. D. ed. pr. v., loquitur homini loq. Vat. — spiritus dei c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 3. iustorum c. D. ed. pr. v., istorum Vat. — 5. spiritu sancto c. D. ed. pr. v., spiritus sanctus Vat. — dominus (ὁ κύριος) c. D., deus Vat. ed. pr. v. — 6. quia quicunque c. B. D. L. Vat., et quaecunque ed. pr., in quocunque v. — spiritu c. B. L. v., spiritum D., spiritus Vat. v. — 7. loquitur, sicut dominus vult (cf. gr.) c. B. L., om. D. Vat. ed. pr. v. — 9. enim c. B. D. Vat., autem hunc ed. pr. v. — qui putatur c. D., qui putetur B., putatur ed. pr. v. — spiritum (πνεῦμα) c. B. Vat. ed. pr. v., spiritum dei D. — exaltat se c. B. D. Vat., exaltat enim se ed. pr. v. — habere c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 11. in voluptatibus c. Vat. ed. pr. v., voluptatibus D. — 12. mercedes (μισθοὺς) c. D. Vat. ed. pr., mercedem v. — accipit (λαμβάνει) c. ed. pr. v., accipiet D. Vat. — quodsi c. D. ed. pr. v., quidsi Vat. — 13. ita num emend., ita nunc C. D. Vat. Vict., itane ed. pr. v. — 14. sed non c. D. ed. pr., non Vat. v. — hoc (τοῦτο) c. D., haec Vat. ed. pr. v. — 14. 15. facit spiritus terrestris (ἀλλὰ τῶν τοιούτων προφητῶν ἐπίγειόν ἐστι τὸ πνεῦμα) emend., facit spiritus terrestes D. Vat. (tristres) Mss. Angl., spiritus terrestris est ed. pr. v. — 15. in ecclesia virorum [iustorum] emend. (εἰς συναγωγὴν ἀνδρῶν δικαίων), in ecclesia virorum Vat. ed. pr. (ecclesiam), in ecclesia vivorum D. v. (ecclesiam). — 16. dubiis et vacuis (cf. gr.) C. D. v., dubiis, vacuis Vat. ed. pr. — 16. 17. in angulis et abditis locis divi-

omnia desideria illorum. vacuis enim vasis compositum non frangitur, sed conveniunt alius ad alium. cum autem venerit in turba virorum iustorum, habentium spiritum divinitatis, et oratio illorum fit ad dominum, exinanitur homo ille, quoniam spiritus ille terrestris fugit ab illo et obmutescit, nec quicquam potest loqui. sicut in apotheca stipaveris vinum vel oleum et inter illa vasa posueris amphoram vacuam et iterum deponere volueris stipationem, amphoram illam, quam posuisti, vacuam invenies: sic et prophetae vacui cum venerint inter spiritum iustorum, quales veniunt, tales inveniuntur. habes utrorumque prophetarum vitam. proba ergo de vita et operibus hominem, qui dicit se spiritum sanctum habere. tu autem crede spiritui venienti a deo, habenti virtutem. spiritui autem terrestri vacuo, qui a diabolo est, in quo fides non est neque virtus, credere noli. audi ergo similitudinem, quam tibi dicturus sum. accipe lapidem et mitte in caelum, aut iterum accipe

---

nat c. D. v., in addicis locis et in angulis dividat Vat., in abditis locis et in angulis divinat ed. pr. — 1. illorum c. D. Mss. Angl., cordis eorum Vat. ed. pr. — 2. 3. compositum non frangitur (συντιθέμενον οὐ θραύεται) c. Vat., impositum non frangitur D., quod committitur non effluit ed. pr. v. — 3. turba c. D. Vat., turbam ed. pr. v. — virorum iustorum c. D. v., iustorum virorum Vat. ed. pr. — 4. oratio illorum c. D. v., illorum oratio Vat. ed. pr. — fit c. C. D. Vat. ed. pr. Dress., sit Cot. — 5. spiritus ille c. D. ed. pr. v., ille spiritus Vat. — nec c. D. v., neque Vat. ed. pr. — 6. oppoteca D. — stipaveris c. D. (add. i posueris = i. e. posueris) Vat. Mss. Angl., si obturaveris ed. pr. v. — vel c. Vat. ed. pr. v., aut D. — 7. et (καί) inter c. ed. pr. v., aut inter D. Vat. — 7. 8. et iterum deponere volueris stipationem c. D. Vat. (item) [stipationem etiam Mss. Angl.], et rursum obturationem deponere volueris ed. pr. v. (obturamentum). — 9. prophetae (οἱ προφῆται) c. ed. pr. v., prophetes D. Vat. — cum venerint c. D. Vat. ed. pr. v., conveniunt L. — 10. spiritum c. D. Vat. ed. pr., spiritus v. — inveniuntur. Dress. secundum L. hic ea inseruit, quae p. 60, 7 --61, 14 dedimus. — 11. utrorumque c. D. ed. pr. v., utrumque Vat. — et operibus c. D. v., et de operibus Vat. ed. pr. — 12. dicit se c. Vat. ed. pr. v., se dicit D. — 13. venienti c. D. Vat. v., viventi ed. pr. — 14. qui c. D. v., quia Vat. ed. pr. — 15. 16. tibi dicturus sum (μέλλω σοι λέγειν) c. ed. pr. v., tibi daturus sum D. L. Vat. — 16. aut iterum (ἢ πάλιν) c. ed. pr. v., et iterum D., aut item Vat. — accepisti Vat. —

siphonem aquae et siphoniza in caelum et vide, si possis pertundere caelum". „Quomodo", inquam, „domine, haec fieri possunt? utraque enim quae dixisti fieri non possunt". „Sicut ergo haec fieri non possunt, sic spiritus terrestris sine virtute est et sine effectu. accipe nunc virtutem a sursum venientem in hanc similitudinem. grando minimum granum est, et cum cadit super caput hominis, quomodo dolorem praestat! aut iterum vide stillicidium, quod a tegula cadit in terram et cavat lapidem. sic igitur minima, quae de sursum cadunt super terram, magnam virtutem habent. adiunge te ergo huic habenti virtutem et ab illo vacuo recede".

## Mandatum XII.

[1] Iterum dixit mihi: „Tolle a te omnem cupiditatem malam et indue cupiditatem bonam et sanctam. indutus enim cupiditatem bonam odies malam et refrenabis eam, sicut volueris. horrenda est enim cupiditas mala et difficile mitigatur. horribilis est valde et fera et feritate sua consumit homines, et maxime si inciderit in eam servus dei et non sapiens fuerit,

1. siphonem aquae (σίφωνα ὕδατος) c. ed. pr. v., fontem aque Vat., fontem D. — siphoniza (σιφώνισον) c. C. (sifoniza) Mss. Angl., stifoniam Vat., istifonisa D., eiacula ed. pr. v. — possis (δύνασαι) c. D. v., possit Vat. ed. pr. — 1. 2. pertundere (τρυπῆσαι) c. D. v., pertingere Vat. ed. pr. — 3. possunt c. D. Vat. ed. pr. Dress., possent Cot. — 3. 4. Sicut ergo haec fieri non possunt c. Vat. ed. pr. v. (ergo, inquit, haec), om. D. propter homoeoteleuton. — 4. ergo (οὖν) c. ed. pr., ergo, inquit v., enim Vat. — 5. a sursum c. D. Vat., desursum ed. pr. v. — 6. in hanc similitudinem c. D. Vat. Mss. Angl., in hac similitudine ed. pr. v. — 7. dolorem (πόνον) c. D., dolores Vat. ed. pr. v. — 8. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — quod a tegula c. D. Vat. v., quia guttula ed. pr. — 9. caudunt Vat. — 9. 10. super terram c. D. ed. pr. v., in terram Vat. — 10. virtutem habent c. D., habent virtutem ed. pr. v., virtutem Vat. —

12. XVI. D. — 14. indue c. D. ed. pr. v., inde Vat. — 15. cupiditatem bonam c. D. ed. pr. v., cupiditate bona L., omnem cupiditatem bonam Vat. — et sanctam. indutus enim cupiditatem bonam c. D. ed. pr., om. Vat. — odies c. D. Vat. ed. pr., oderis v. — 16. enim c. D. ed. pr. v., autem Vat. — 17. homines (ἀνθρώπους) c. Vat. ed. pr. v., hominem D. — 17. 18. et maxime (μάλιστα δὲ) c. D., maxime Vat. ed. pr. v. — 18. inciderit inciderit D. — in eam c. D. ed. pr. v., in ea Vat. — et non (καὶ μὴ)

consumitur ab illa pessime. consumit autem tales, qui non habent vestem cupiditatis bonae, et implicat illos negotiis huius seculi et tradet illos morti". „Quae sunt", inquam, „domine, opera cupiditatis malae, quae tradunt homines morti. demonstra mihi, ut recedam ab illis". „Audi", inquit, „in quibus operibus cupiditas mala morti tradit servos dei. [2] primum omnium cupiditas mala est concupiscere uxorem alienam, vel mulierem concupiscere virum alienum et lautitias divitiarum et multitudinem ciborum supervacuorum et ebrietatem multam et delicias multas. fatuae enim sunt deliciae multae, et voluptates multae supervacuae sunt servis dei. haec ergo cupiditas mala est et perniciosa, quae morti dat servos dei. haec etenim cupiditas a diabolo est. quicunque ergo recesserint a cupiditate mala, vivent deo. nam quicunque subiecti fuerint cupiditati malae, in perpetuo moriuntur. mortifera enim est haec cupiditas mala. tu ergo indue cupiditatem iustitiae et armatus domini timore resiste cupiditati malae. timor enim [dei] habitat in cupiditate bona. et cupiditas mala cum viderit te armatum timore domini resistentem sibi, fugiet a te longe et

---

c. D., et nisi Vat. ed. pr. v. — 1. consumitur (δαπανᾶται) c. D. Vat., consumetur ed. pr. v. — pessime c. D. Vat. v., passive ed. pr. — 3. tradet c. D. Vat. ed. pr., tradit v. — 4. tradunt c. D. v., tradent Vat. ed. pr. — 6. cupiditatis Vat. — tradet c. D. Vat. ed. pr., tradit v. — 7. primum omnium (πάντων προέχουσα) c. D. Mss. Angl., primum omnium hominum Vat., spiritus omnium hominum ed. pr. v. in codd., excepto L., hii ea sequuntur, quae iam Mand. XI. p. 60, 7—61, 14 dedimus. — cupiditas (ἐπιθυμία) c. Dress., sed cupiditas D. Vat. ed. pr. Cot. — 8. lautitias (cf. gr.) c. D., lautitias concupiscere Vat. ed. pr. v. — 9. et multitudinem c. D. ed. pr. v., multitudinem Vat. — 10. deliciae c. D. Vat. ed. pr. v., divitiae Vict. — 12. multae c. Vat. ed. pr. v., om. D. — morti dat c. D. Vat. Mss. Angl. ed. pr. Dress., mortificat Cot. — 12. 13. haec etenim c. D. Vat ed. pr., etenim Vat., haec enim v. — a diabolo c. Vat. ed. pr. v., dyabolica D. — 15. in perpetuo moriuntur c. D. Vat., in perpetuum morientur ed. pr. v. — 17. domini timore c. D. Vat. ed. pr., timore domini v. — [dei] supplevi e gr. (θεοῦ), om. codd. et edd. — 18. cupiditate bona c. D. ed. pr. v., cupiditatem bonam Vat. — 19. resistentem c. B. D. Vat. Vict., resistente ed. pr. v. — fugiet (φεύξεται) c. ed. pr. v., fugit D., fingit Vat. —

non parebit ante te, timens arma tua, et accipies victoriam et coronaberis ob illam et pervenies ad cupiditatem bonam et trades victoriam deo, quam acceperis, et servies ei operando, sicut ipse voluit. si autem servieris cupiditati bonae et subditus ei fueris, poteris dominari super cupiditatem malam, et erit subdita tibi, sicut volueris". [3] „Volebam scire, domine, quomodo servire debeam cupiditati bonae". „Audi", inquit, „habe timorem dei et fidem in deo et veritatem ama et iustitiam dilige et fac bene. haec operando probatus eris servus dei et vives deo, et omnes quicunque servierint cupiditati bonae, vivent deo".

consummatis his mandatis duodecim dixit mihi: „Habes haec mandata, ambula in his et audientes homines hortare, ut poenitentiam agant, et poenitentia eorum munda fiat reliquis diebus vitae eorum. et ministerium hoc, quod tibi do, exple diligenter et multum consequeris et invenies gratiam apud omnes, qui poenitentiam agent et credent verbis tuis. ego enim tecum sum et cogam illos credere". et dixi illi: „Domine, haec mandata magna et praeclara sunt. et exhilarare cor hominis

1. non parebit c. D., parebit Vat., non comparebit ed. pr. v. — accipies c. D. Vat., obtinebis ed. pr. v. — 2. ob illam (κατ' αὐτῆς) c. ed. pr. v., ab illa D. Vat. Mss. Angl. — 3. ei operando c. Vat. ed. pr. v., operando ei D. — 4. ipse voluit (αὐτὴ βούλεται) c. D., volueris Vat. Dress., ipse volueris ed. pr. v. — subditus c. D. v., supertus Vat., subiectus ed. pr. — ei fueris c. Vat. ed. pr. v., fueris ei D. — 6. volueris (βαύλῃ) c. D., ipse volueris Vat. ed. pr. v. — Volebam c. D. Vat., vellem ed. pr. v. — 6. 7. servire debeam c. D. Vat. ed. pr. v., possem servire L. — 7. Audi (Ἄκουε) c. v., habe D., et Vat. ed. pr. — habe c. Vat. ed. pr. v., hunc habe D. — 8. fidem c. D. Vat. ed. pr. v., fide Vict., confide Mss. Angl. — ama c. Vat. ed. pr. v., habe et ama D. — 9. bene c. D. Vat. Mss. Angl., bonum ed. pr. v. — servus dei c. Vat. ed. pr., domini servus D., servus domini v. — vives (ζήσῃ) emend., servies codd. et edd. — 10. quicunque c. D. ed. pr. v., qui Vat. —

11. mandatis duodecim c. Vat. ed. pr. v., duodecim mandatis D. — mihi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 13. fiat c. C. D. Vict. Dress., fiet Vat., erit ed. pr. — 14. tibi do c. D. ed. pr. v., dico tibi do Vat. — exple (τέλει) emend. (cf. Sim. I. p. 70, 19), explica codd. et edd. — 15. consequeris (ἐργάσῃ) c. D. Vat. Mss. Angl., consequeris fructum ed. pr. v. — 17. 18. haec mandata c. Vat. ed. pr. v., mandata illa D. — 18. magna et praeclara sunt c. D. ed. pr. v., sunt et

possunt, qui potuerit custodire mandata haec. sed nescio, domine, an possint mandata haec custodiri ab homine“. ait: „Haec mandata facile custodies, et non sunt dura, sed si tamen in cor tuum posueris non posse haec ab homine custodiri, non custodies haec. nunc autem dico tibi: si non custodieris haec mandata et dissimulaveris, non eris salvus, neque filii neque domus tua, quia ipse iudicasti, quod non possint haec mandata custodiri ab homine“. [4]haec mihi vehementer iracunde locutus est, ita ut conterreret me valde. vultum enim suum mutaverat, ita ut non posset homo sustinere iram eius. et cum vidisset me conturbatum totum et confusum, coepit loqui moderatius et hilarius dicens: „Stulte, fatue et inconstans, ignoras maiestatem dei, quam magna, quamque mirabilis sit, qui orbem creavit propter hominem et omnem creaturam subiecit homini et omnem potestatem dedit illi, ut dominetur horum mandatorum. dominari“, inquit, „potest omnium mandatorum horum, qui habet dominum in corde suo. qui autem habent dominum in labiis suis, et cor illorum obtusum est, et longe sunt a domino, illis mandata haec dura sunt et difficilia.

praeclara Vat. — exhilarare c. D. ed. pr. v., exhylare Vat. — 1. scio, in margine addita syllaba ne D. — mandata haec c. D. v., hec mandata Vat. ed. pr. — 2. custodiri ab homine c. Vat. (custodire) ed. pr. v., ab homine custodiri D. — ait c. D. Vat., ait mihi ed. pr. v. — 3. sed si c. D. ed. pr. v., sed Vat. — 4. posse haec c. D. Vat. ed. pr. Dress., posse Cot. — 5. custodies haec c. D. Vat., custodies ea ed. pr. v. — 6. dissimulaveris c. D. L. (Dress.) Vat. ed. pr., omiseris v. — filii c. D. Vat., filii tui ed. pr. v. — 7. iudicasti c. D. L. (Dress.) Vat. ed. pr., iudicaveris v. — 8. custodiri ab homine c. D. Vat., ab homine custodiri ed. pr. v. — vehementer iracunde c. Vat. (iracundie) ed. pr. v., iracunde et vehementer D. — 9. ita ut c. D. ed. pr. v., et ita et Vat. - conteret D. — 10. ita ut c. D. ed. pr. v., ut Vat. — posset c. D. ed. pr. v., possit Vat. — 12. fatue et inconstans (ἀσύνετε καὶ δίψυχε) c. D., et fatue inconstans Vat. (fatue etiam Mss. Angl.), et insensate, inconstans ed. pr. v. — 13. ignoras (οὐ νοεῖς) c. D. (C. Vict.), et ignorans Vat. ed. pr. v. — magna c. C. D. Vat. Vict. Mss. Angl., magnus ed. pr. v. — 16. inquit, potest c. Vat. ed. pr. v., potest, inquit D. — 16. 17. mandatorum horum c. D. Vat., horum mandatorum ed. pr. v. — 18. suis c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 18. 19. et longe (καὶ μακρὰν) c. v., longe D. (Vat.?) ed. pr. — illis (cf. gr.) c. D., illis autem Vat. ed. pr. v. — mandata haec c. Vat. ed. pr. v., hec mandata D. — dura sunt c. D.

ponite ergo vobis, qui vacui et leves estis in fide, dominum vestrum et in corde habete et intelligetis, quia nihil est facilius his mandatis neque dulcius neque mansuetius neque sanctius, et convertite vos ad dominum deum et relinquite diabolum et voluntates eius, quae malae sunt et amarae et immundae, et nolite timere diabolum, quia in vobis potestatem non habet. ego enim vobiscum sum, nuncius poenitentiae, qui dominor illius. diabolus autem timorem facit, sed timor illius vanus est. nolite ergo timere eum, et fugiet a vobis". [5] et dixi illi: „Domine, audi me pauca verba dicentem tibi". „Dic", inquit. „Homo quidem, domine, cupit mandata dei custodire, et nemo est, qui non petat a domino, ut possit mandata eius servare, sed diabolus durus est et potentia sua dominatur in dei servos". et dixit: „Non potest dominari in dei servos, qui ex totis praecordiis in deum sperant. potest autem diabolus luctari, sed vincere non potest. si enim resistis illi, fugiet a vobis confusus. nam quicunque in fide pleni non sunt, timent diabolum quasi potestatem habentem. diabolus enim tentat servos dei, et si invenerit vacuos, exterminat. sicut enim homo cum implevit amphoras boni vini et inter illas amphoras semiplenas paucas posuit et venit, ut tentet et gustet amphoras,

---

ed. pr. v., sunt dura Vat. — dominum c. Vat. Dress., domini D., dominum deum Cot. — 2. vestrum c. Vat. ed. pr. Dress., nostrum D., deum vestrum Cot. — et in corde habete c. D. Vat. ed. pr., in corde habere v. — quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 2. 3. est facilius c. D. Vat., facilius est ed. pr. v. — 5. voluntates (ἐντολαῖς) c. Vict., voluptates D. Vat. ed. pr. v. — eius c. Vat. ed. pr. v., illius D. — quae c. D. L. (Dress.) Vat., quia ed. pr. v. — 6. diabolum c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 7. vobiscum c. Vat. ed. pr. v., vobis D. — poenitentiae (μετανοίας) c. D. ed. pr. v., potentiae Vat. Dress. — 10. dicentem c. B. D. Vat. v., loquentem ed. pr. — 11. quidem, domine, cupit (cf. gr.) c. D., quidem cupit Vat. ed. pr., inquam, cupit quidem v. — 13. sua c. Vat. ed. pr. v., eius D. — 15. in deum sperant (ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτὸν) c. Vict. (sperant etiam B.), in deum credunt D., in dominum credunt Vat. ed. pr. v. — 16. illi c. D. ed. pr. v., sibi Vat. — 17. in fide c. D. Vat. ed. pr., fide v. — 18. enim c. Vat. ed. pr. v., autem D. — 20. boni vini c. D. Vat., bono vino ed. pr. v. — 20. 21. semiplenas paucas c. Vat. ed. pr., paucas semiplenas D. v. —

et non tentat plenas — scit enim quia bonae sunt —, semiplenas autem gustat, ne sint acidae factae — cito enim semiplenae amphorae acescunt et perdunt saporem vini —: sic et diabolus venit ad homines servos dei, ut tentet illos. quicunque enim pleni sunt in fide, resistunt ei fortiter, et ille recedit ab illis, quia non habet locum intrandi. tunc vadit ad illos, qui non sunt in fide pleni, et quoniam habet locum, inde intrat in illos et quaecunque vult facit illis, et fiunt famuli eius. [6] sed ego vobis dico, nuncius poenitentiae, ne timeatis diabolum. missus enim sum, ut vobiscum sim, quicunque ex totis praecordiis egeritis poenitentiam, ut confirmem vos in fide. credite ergo vos, qui propter delicta vestra obliti estis deum et salutem vestram, et adicientes peccatis vestris gravatis vitam vestram, quia si conversi fueritis ad dominum ex totis praecordiis vestris et servieritis ei secundum voluntatem ipsius, dabit remedium peccatis vestris prioribus, et habebitis potestatem dominandi omnium operum diaboli. minas autem illius in totum timere nolite. sine virtute sunt enim sicut mortui hominis nervi. audite ergo me et timete dominum omnipotentem, qui potest salvum facere et

---

1. et non (καὶ οὐ) c. D. Vat., non ed. pr. v. — quia c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 2. acidae factae c. Vat. ed. pr. v., acide fagide D. — 3. sic et c. D. v., sic Vat. ed. pr. — 4. ut tentet c. D. ed. pr. v., et tentet Vat. — enim c. D. Vat., autem ed. pr. v. — 5. in fide c. D. Vat. ed. pr., fide v. — ei c. Vat. ed. pr. Dress., illi D. Cot. — illis c. D. Vat. ed. pr., eis v. — 9. ego vobis dico c. D. Vat. ed. pr., vobis dico ego v. — 9. 10. missus enim sum, ut vobiscum sim c. D. ed. pr. (sum enim) v., missus sum ego (punctis suppositis) enim cum vobis sum Vat. — 11. vos c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 11. 12. qui qui propter dilicta Vat. — et c. D. Vat. Mss. Angl., et qui ed. pr. v. — 12. 13. et adicientes (καὶ προστιθέντες) emend., adicietis D. Vat. Mss. Angl., obicientes ed. pr. v. — 13. vitam c. Vat. ed. pr. v., fidem D. — quia si c. D. Vat. ed. pr., quod si v. — 15. 16. remedium peccatis vestris prioribus c. D. Vat. (rimedium) ed. pr. Cot., remedium animabus .... Mss. Angl., remedium animabus vestris posthabitis peccatis vestris prioribus Dress. — 16. omnium operum c. D. Vat. Mss. Angl., omnibus operibus ed. pr. v. — 18. sunt enim c. D. Vat., enim sunt ed. pr. v. — mortui hominis c. Vat. ed. pr., hominis mortui D. v. — me c. D. ed. pr. v., dominum me Vat. — 19 salvum facere

perdere, et custodite mandata eius, ut vivatis deo". et dixi illi: „Modo, domine, confirmatus sum in omnibus mandatis domini, quamdiu mecum es, et scio, quoniam confringes omnem virtutem diaboli. sed et nos exsuperabimus illum, si possimus haec mandata, quae praecepisti, domino confirmante custodire". „Custodies", inquit, „si cor tuum purificaveris ad dominum. sed et omnes custodient, qui purificaverint corda sua a vanis cupiditatibus huius seculi, et vivent deo".

## Similitudo I.

Et dixit mihi: „Scitis, vos domini servos in peregre morari. civitas vestra longe est ab hac civitate. si ergo scitis civitatem vestram, in qua habitaturi estis, quid hic emitis agros et apparatis lautitias et aedificia et aedificationes supervacuas? haec enim qui comparat in hac civitate, non cogitat in suam civitatem redire. o stulte et dubie et miser homo, qui non

---

(σῶσαι) c. B., salvos facere D. Vat., vos salvos facere ed. pr. v. — 1. et custodite (καὶ τηρεῖτε) c. ed. pr. v., et custoditis Vat., custodite D. — ut vivatis deo c. D. (d'o) ed. pr. v., et vivatis deo Vat. — 2. Modo, domine c. D. Vat., Domine, modo ed. pr. v. — 3. et scio (καὶ οἶδα) c. D. ed. pr. Cot., scio Vat. Dress. — quoniam c. D. Vat. ed. pr., quod v. — 4. diaboli c. D. Vat. ed. pr., inimici L. — exsuperabimus c. D. ed. pr. v., superabimus Vat. — 4. 5. si possimus (καὶ ἐλπίζω, κύριε, δύνασθαί με) c. ed. pr., et possimus Mss. Angl., si possumus Vat. v., et possumus D. fort. leg.: et spero posse me. — 5. haec mandata c. D. Vat. ed. pr., mandata haec v. — 7. purificaverint c. Vat. ed. pr. v., purificaverunt D. — 8. vivent c. D. ed. pr. v., vivet Vat. — deo Vat. add.: Expliciunt mandata. Incipiunt similitudines. —

9. XVII. D., Prima similitudo Vat. — 10. in peregre (cf. Roensch. l. l. p. 234) c. D. L. Vat. (imperegre), in peregrinatione ed. pr. v. — 11. civitas vestra c. Vat. ed. pr., civitas nostra D., civitas enim vestra v. — 12. habituri Mss. Angl. — 13. aedificia et aedificationes (οἰκοδομὰς καὶ οἰκήματα) c. L., aedificia et habitationes D. Vat. ed. pr. v. — 14. non cogitat c. D. ed. pr. v., in cogitat Vat. — 15. et dubie et miser (καὶ δίψυχε καὶ ταλαίπωρε) c. D., o dubie, miser Vat. ed. pr., o dubie et miser v. —

intelligis, haec omnia aliena esse et sub alterius potestate. dicit enim tibi dominus civitatis huius: aut legibus utere meis aut recede de civitate mea. tu ergo quid facies, qui habes legem in civitate tua? numquid propter agros tuos aut propter aliquos apparatus tuos poteris negare legem tuam? et si negaveris et volueris redire in civitatem tuam, non recipieris, sed excluderis inde. vide ergo tu, sicut peregre consistens, nihil aliud compares tibi, nisi quod sit necessario sufficiens tibi, et paratus esto, ut cum voluerit dominus civitatis huius expellere te, contradicas legi eius et eas in civitatem tuam, ut utaris lege tua sine iniuria hilaris. videte igitur vos, qui servitis deo et habetis eum in cordibus vestris: operamini opera dei memores mandatorum et promissionum eius quas promisit et credite ei, quia faciet vobis, si mandata eius custodieritis. pro agris ergo, quos emere volueritis, redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest, et viduas iustificate, orphanos iudicate et opes vestras et divitias vestras in eiusmodi consumite. in hoc enim vos dominus locupletavit, ut huiusmodi ministeria expleatis. multo melius est haec facere quam agros et domos emere, quoniam haec omnia peribunt in seculo. nam

---

2. tibi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — utere meis c. Vat. ed. pr. v., meis utere D. — 4. in civitate tua (ἐν τῇ πόλει σου) c. ed. pr. v., in civitatem tuam Vat., in tuam civitatem D. — numquid c. Vat. ed. pr. v., numquid ergo D. — 5. et si c. D., quid si Vat. ed. pr., quodsi v. — 7. inde (ἀπ' αὐτῆς) c. Vat. ed. pr. v., om. D. — tu c. D. Vat. Vict. ed. pr., ut v. — 8. compares c. Vat. ed. pr. v., comparabile erit D. — nisi quod (εἰ μὴ) c. Mss. Angl., quod D. Vat., quam ed. pr. v. — necessario sufficiens c. D. Vat. (necessarius), necessarium et sufficiens ed. pr. v. — 9. ut c. C. D. Vat. Vict. Mss. Angl., ne ed. pr. v. — voluerit c. Vat. ed. pr. v., volueris D. — 11. videte igitur vos c. D. Vat., vos igitur videte ed. pr. v. — deo c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 13. promissionum eius quas promisit c. Vat. (qui permisit) ed. pr., promissorum eius quae promisit D. v. — 14. quia (ὅτι) c. ed. pr., et quia D. Vat., quod v. — 15. volueritis c. D. Vat. v., voluissetis ed. pr. — 16. iustificate c. D. Vat. Vict. ed. pr., absolvite v. — 16. 17. orphanos iudicate c. Vat., et orphanos iustificate D., orphanis iudicate ed. pr. v. — 17. opes vestras et c. D. Vat. ed. pr., opes ac v. — in eiusmodi c. D. Vat., in huiusmodi operibus ed. pr. v. — 19. expleatis (τελέσητε) c. ed. pr. v., explicetis D. Vat. — haec facere c. D. ed. pr. v., facere hec Vat. — 19. 20. agros et domos c. D.

quae pro nomine dei feceris, invenies in civitate tua et habebis gaudium sine tristitia et timore. divitias ergo gentium noli agere — perniciosae sunt enim servis dei —, proprias autem quas habetis agite, quibus possitis consequi gaudium. et nolite adulterare nec alterius rem tangere neque concupiscere. concupisce tuum opus et salvus eris.

## Similitudo II.

Cum ambularem in agrum et considerarem ulmum et vitem et disputarem intra me de fructibus earum, apparuit mihi angelus et dixit mihi: „Quid intra te disputas“? et dixi illi: „De hac vite et ulmo disputo, domine, quoniam fructus illarum decori sunt“. et dixit mihi: „Hae duae arbores in exemplum positae sunt servis dei“. et dixi illi: „Volebam scire, domine, harum arborum exemplum, quod dicis“. „Audi“, inquit, „vides hanc vitem et ulmum“? „Video“, inquam, „domine“. „Haec vitis“, inquit, „fructifera est, ulmus autem lignum sine fructu est. sed vitis haec nisi applicata fuerit ulmo, ut super illam refrigeret, non potest multum fructum facere.

Vat., agros aut domos ed. pr. v. — nam c. D. Vat., at ed. pr. v. — 1. in civitate tua (ἐν τῇ πόλει σου) c. ed. pr. v., in civitatem tuam Vat., in civitate dei D. — 2. noli c. D. Vat., nolite ed. pr. v. — 3. agere (πράσσετε) emend. (cf. l. 4), cupere Vat. ed. pr. v., concupiscere D. — sunt enim c. Vat. ed. pr. v., enim sunt D. — proprias c. D. Vat., de propriis ed. pr. v. — autem c. D. ed. pr. v., ergo Vat. — 4. agite c. D. Vat., ea agite ed. pr. v. — 5. rem c. C. Vict., opus D., uxorem ed. pr. v., om. Vat. —
7. XVIII. D. — 8. agrum c. Vat. ed. pr. v., agro D. — 9. disputarem c. D. Vat. Mss. Angl., cogitarem ed. pr. v. — 10. Quid c. D. Vat. ed. pr. Cot., quid diu Vict. Dress. — disputas c. D. Vat. Mss. Angl., cogitas ed. pr. v. — 11. illi c. Vat. ed. pr. v., om. D. — disputo c. D. Vat. Mss. Angl. v., cogito ed. pr. — 12. illarum c. ed. pr. v., illorum Vat., illius D. — 13. Volebam c. D. Vat., vellem ed. pr. v. — 13. 14. scire, domine c. Vat. ed. pr. v., domine, scire D. — 14. quod c. D. ed. pr. v., quos Vat. — 15. et ulmum c. D. Vat. ed. pr., et hanc ulmum v. — 16. inquit c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 17. applicata c. D. Vat., applicita ed. pr. v. — 18. ut c. D. Mss. Angl., et Vat. ed. pr. v. — illum D. — refrigeret c. D. Mss. Angl., refrigerit Vat., requieverit ed. pr. v. —

iacens enim in terra malos fructus dat, quia non pendet super ulmum. sed si suspensa fuerit vitis super ulmum, et pro se et pro ulmo fructum dat. vide ergo, quia et ulmus fructum dat non minorem quam vitis, sed magis maiorem". „Quomodo", inquam, „domine, maiorem quam vitis"? „Suspensa", inquit, „ad ulmum fructum multum et bonum dat, iacens autem in terra exiguum et pessimum fructum dat. haec igitur similitudo posita est in servos dei, in pauperem et divitem". respondi inquiens: „Domine, demonstra mihi". „Audi", inquit, „dives habet opes, a domino vero pauper est. distrahitur enim circa divitias suas et valde exiguam orationem habet, et quam habet, inertem habet et non habentem virtutem. cum igitur praestat dives pauperi quae opus sunt, pauper orat ad dominum pro divite, et deus praestat diviti omnia bona, quia pauper dives est in oratione, et virtutem magnam habet apud deum oratio eius. tunc ergo dives praestat omnia pauperi, quia sentit illum exaudiri a domino, et libentius sine dubitatione praestat ei omnia et curat, ne quid desit ei. pauper deo gratias agit pro divite [qui tribuit illi, subministratis sibi ad

---

1. in terra c. D. ed. pr. v., in terram Vat. — malos fructus c. D. ed. pr. v., malum fructum Vat. — non c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 2. et pro se (καὶ παρ᾽ ἑαυτῆς) c. Vat. ed. pr. v., ipse D. — 3. quia et c. D. Vat. (quia etiam Mss. Angl.), quia ed. pr., quod v. — 4. magis c. D. Vat., potius ed. pr. v. — maiorem c. Vat. ed. pr. v., maiorem quam vitis D. — 6. ad ulmum c. D. Vat. Mss. Angl. Dress., in ulmo ed. pr. Cot. — 6. 7. iacens autem in terra exignum et pessimum fructum dat (ἐρριμμένη δὲ χαμαὶ σαπρὸν καὶ ὀλίγον φέρει) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 8. similitudo c. D. ed. pr. v., om. Vat. — posita est c. Vat. ed. pr. v., est posita D. — in servos dei, in pauperem et divitem c. D. Vat. Mss. Angl., servis dei, pauperi et diviti ed. pr. v. — 9. inquiens c. Vat. ed pr. v., inquam D. — 11. circa (περὶ) c. ed. pr. v., citra D. Vat. Dress. — orationem habet c. D., orationem Vat., habet orationem ed. pr. v. — 12. et non habentem virtutem (καὶ ἄνω μὴ ἔχουσαν δύναμιν) c. D. (om. et) ed. pr. v., et habentem Vat. — 13. praestat dives pauperi quae opus sunt c. D. Vat., dives praestat pauperi quae illi (illi om. etiam Mss. Angl.) opus sunt ed. pr. v. — 16. deum (τῷ θεῷ) c. D., dominum Vat. ed. pr. v. — 17. 18. sine dubitatione c. D. Vat. ed. pr., ac sine dubitatione v. — 18. desit ei c. D. Vat. ed. pr., ei desit v. — 19—73, 9. supplevi e Pal., cf. gr. aeth.,

victum necessariis. quomodo ergo ille dives festinat pro paupere, ne quid ei desit in omni vita sua, sic et pauper orat pro divite. uterque ergo sunt in opere. alter enim operatur oratione, in qua beatus est, et reddi facit mercedem a domino, similiter et dives de his, quae accepit a domino, sine dubitatione praestat pauperi. hoc quoque opus magnum est acceptumque domino, quia dives intellexit et domini opus fecit in pauperem. ex donis domini fecit et ministravit et recte complevit ministerium suum]. apud homines ergo ulmus non putatur fructum dare, et nesciunt nec intelligunt, quoniam si siccitas evenerit, [ulmus aquam habens nutrit] vitem, et vitis duplum dat fructum, et pro se et pro ulmo. sic et pauperes pro locupletantibus orantes ad dominum exaudiuntur, et augentur opes eorum, quoniam praestant pauperibus ex opibus suis. fiunt ergo ambo consortes operibus bonis, quicunque ergo haec fecerit, non deseretur a domino, at erit scriptus in libro vitae. felices, qui possident et sentiunt se locupletari; qui hoc enim senserit, poterit aliquid ministrare“.

## Similitudo III.

Ostendit mihi arbores multas abiectis foliis, quae mihi velut aridae videbantur; omnes enim similes erant. et dixit

quia opus (opes Vat.) faciunt a domino (cf. p. 73, 7. 8) codd. et edd. — 10. fructum dare (καρπὸν μὴ φέρειν) emend., fructus dare D. Mss. Angl., dare Vat., dare fructum ed. pr. v. — nec c. D. Vat., neque ed. pr. v. — 10. 11. quoniam si (ὅτι ἐὰν) c. ed. pr. v., quoniam nisi Vat., quoniam D., quod si v. — 11. siccitas (ἀβροχία) c. B. D. L. Vat., societas ed. pr. v. — evenerit c. D. Vat., evenit L., non advenerit B., advenerit ed. pr. v. — uncinis inclusa supplevi e Pal., cf. gr., om. codd. et edd. — vitem (τὴν ἄμπελον) emend., viti D. ed. pr. v., vitis Vat. — 12. duplum dat fructum c. D. Vat. ed. pr. v., abundat fructu L. — pro se c. D. ed. pr. v., per se Vat. — 13. locupletantibus c. D. L. Vat., locupletibus ed. pr. v. — 15. fiunt ergo c. D. Vat., sunt igitur ed. pr. v. — operibus bonis (τοῦ ἔργου τοῦ δικαίου) c. D., bonorum operibus bonis Vat., bonorum operum suorum ed. pr. v. — 16. ergo c. D. Vat., igitur ed. pr. v. — fecerit, non deseretur (cf. gr.) c. ed. pr. v., egerint, non deseruntur Vat., fecerint, exaudiuntur D. — at erit c. ed. pr., ad erit D. Vat., ac erit v. — 17. libro c. Vat. ed. pr. v., ligno D. — felices c. D. Vat., felices igitur ed. pr. v. — 18. ministrare c. D. Vat. ed. pr., administrare v. — 19. XIX. D. —

mihi: „Vides“, inquit, „has arbores“? „Video“, inquam, „domine, similes aridis“. „Hae arbores in similitudinem sunt horum, qui in seculo morantur“. respondi, inquam: „Domine, cur velut aridae similes sunt“? „Quoniam“, inquit, „nec iusti nec iniusti cognoscuntur, sed similes sunt in hoc seculo. hoc enim seculum iustis hiems est, quia non agnoscuntur cum peccatoribus habitantes. sicut hieme arbores omnes abiectis foliis aridis similes sunt, nec potest cognosci, quae sunt aridae, aut quae virides: sic et in hoc seculo nec iusti nec iniusti cognoscuntur, sed similes sunt omnes“.

## Similitudo IV.

Ostendit mihi iterum arbores multas, quarum aliae frondes emittebant, aliae aridae erant. et dixit mihi: „Vides arbores“? respondi: „Video, domine, alias ariadas, alias frondescere“. „Hae arbores“, inquit, „quae virides sunt, iusti sunt, qui habitaturi sunt in futurum seculum. illud enim futurum seculum aestas est iustis, peccatoribus autem hiems. cum ergo

---

1. inquit c. D. Vat ed. pr., om. v. — has arbores c. D. Vat., arbores has ed. pr. v. — 2. similes aridis c. D. Vat., similes aridis (inquit) ed. pr., similes aridis. respondens dixit mihi v. — similitudinem c. D. v., similitudines Vat., similitudine v. — 3. horum c. D. Vat. ed. pr., hominum L. — morantur c. Vat. ed. pr. v., comorantur D. — inquam c. D. Vat., inquiens, inconveniens ed. pr., inquiens v. — 4. cur (διὰ τί) c. L. v., om. D. Vat. ed. pr. — velud aride (ὡσεὶ ξηρὰ) D., velut aridas Vat., velut aridis ed. pr., velut aridis v. — 5. in hoc seculo (ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ) c. v., huic seculo D. Vat. Mss. Angl. ed. pr. — 6. quia c. C. D. Vat. Vict., qui ed. pr. v. — 7. hieme arbores omnes c. D. Vat., in hyeme omnes arbores ed. pr. v. — 9. quae virides c. Vat. ed. pr. v., quae sunt virides D. —

11. XX. D. — 12. iterum (πάλιν) c. ed. pr. v., item Vat., om. D. — 13. 14. Vides arbores c. D. Vat., vides, inquit, arbores ed. pr., videsne has arbores v. — 14. 15. alias frondescere c. D. Vat. (frondescere etiam Mss. Angl.), et alías frondentes ed. pr. v. — 15. quae virides sunt c. Vat. ed. pr. v., sunt que vides D. — iusti sunt c. Vat. ed. pr. v., sunt iusti D. — 16. habitaturi c. D. Vat. ed. pr. v., habituri L. — in futurum seculum c. D., in seculum futurum Vat., futurum seculum L., in futuro seculo ed. pr. v. —

illuxerit misericordia domini, tunc declarabuntur qui serviunt deo et omnes perspicui erunt. sicut enim aestate fructus arboris cuiuscunque declaratur et paret, sic et iustorum fructus declarabitur, et parebunt omnes hilares et gaudentes in illo seculo restituentur. nam exterae gentes et peccatores sicut arbores, quas vidisti aridas, tales inveniuntur aridi et sine fructu in eo seculo et sicut arida ligna comburentur, et palam fiet, quoniam male fecerunt in omni tempore vitae suae. et [peccatores] comburentur ideo, quia peccaverunt et peccatorum suorum non egerunt poenitentiam. sed et exterae gentes comburentur, quia non agnoverunt deum creatorem suum. tu ergo fac fructum bonum, ut in aestate cognoscatur fructus tuus, et abstine te a multis negotiis et nihil delinques. quicunque enim multa negotia agunt, multa delinquunt, quia constricti sunt circa negotia sua et non serviunt deo. nam quo modo potest homo, qui non servit deo, aliquid petere et accipere a deo? qui enim serviunt domino petunt et accipiunt desideria sua.

---

1. illuxerit c. Vat. (ad oram) ed. pr. v., luxerit D. Vat. (in textu). — 2. omnes (πάντες) c. Cot., omnibus c. D. Vat. Vict. Mss. Angl. ed. pr. v. — sicut c. Vat. ed. pr. v., si D. — aestate c. D. Vat., in aestate ed. pr. v. — 3. declaratur et paret c. D. ed. pr., paret et declaratur Vat., declaratur et patet C. Vict. Cot. — 3. 4. fructus declarabitur (οἱ καρποὶ φανεροὶ ἔσονται) emend., factum declarabitur D. ed. pr. Cot., factum declaratur Vat. Dress. — 4. parebunt c. D., parebit Vat. ed. pr. Dress., patebunt C. Vict., patebit Cot. — omnes (πάντες) c. D., et omnes Vat. ed. pr. v. — 5. exterae gentes (ἔθνη) c. C. D. Vat. Mss. Angl. Dress., ceterae gentes ed. pr. Cot. — et peccatores (καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ) emend., peccatores D. Vat., peccatores scilicet ed. pr. v. — 7. consumentur al's comburentur D. — fiet c. D. Vat. Mss. Angl. ed. pr. Dress., fient Cot. — 8. 9. et [peccatores], οἱ μὲν γὰρ ἁμαρτωλοί, cf. Pal., et codd. et edd. — 10. sed et exterae gentes (τὰ δὲ ἔθνη) emend. (cf. l. 5), sed et ceterae gentes codd. et edd. — 11. deum c. D. ed. pr. v., dominum Vat. — 12. aestate (θέρει) c. ed. pr. v., eo stare D., eo statere Vat. — cognoscantur Vat. — 13. te c. D. v., om. Vat. ed. pr. — a multis c. D. ed. pr. v., cum multis Vat. — 14. multa delinquunt c. D. ed. pr. v., delinquent multa Vat. — constricti c. D. v., constricta Vat., astricti ed. pr. — 17. enim c. Vat. ed. pr. v., autem D. — domino c. D. Vat., deo ed. pr. v. — desideria sua c. D., desideria Vat.,

quodsi unum negotium tractat aliquis, poterit servire deo, quoniam non alienatur animus eius a domino, sed pura mente servit deo. haec ergo si feceris, poteris veniente seculo habere fructum, sed et omnes qui fecerint haec fructum ferent“.

## Similitudo V.

[1]Dum ieiunarem et sederem in monte quodam et gratias agerem deo pro omnibus quae fecerat mecum, video pastorem illum sedentem iuxta me et haec dicentem mihi: „Quid tam mane huc venisti“? respondi: „Quoniam, domine, stationem habeo“. „Quid est“, inquit, „statio“? et dixi: „Ieiunium“. et dixit: „Quid est illud ieiunium“? „Sicut solebam“, inquam, „sic ieiuno“. „Nescitis“, inquit, „deo ieiunare, neque est ieiunium hoc, quod vos ieiunatis domino nihil proficientes“. „Quare“, inquam, „domine, ita dicis“? „Dico enim, quoniam non est ieiunium hoc, quod putatis vos ieiunare, sed ego docebo te, quod est ieiunium plenum acceptumque deo. audi“, inquit, „dominus non desiderat tale ieiunium supervacuum. sic enim ieiunando nihil praestas aequitati. ieiuna enim verum ieiunium tale. nihil in vita tua nequiter facias, sed mente pura

---

sua desideria ed. pr. v. — 1. negotium tractat c. D. ed. pr. v., tractat negotium Vat. — deo c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 2. a domino (ἀπὸ τοῦ κυρίου) c. D. v., a deo Vat. ed. pr. — 3. haec (ταῦτα) c. D., hoc Vat. ed. pr. v. — veniente c. D. Vat., in venturo ed. pr. v. — 5. XXI. D. — 6. Dum (cf. Sim. VI, 1. Roensch. l. l. p. 400) c. D., Cum Vat. ed. pr. v. — 6. 7. gratias agerem c. Vat. ed. pr. v., agerem gratias D. — 8. et haec c. D. V. (haec etiam B.), ac ed. pr. v. — 11. Quid c. Vat. ed. pr. v., Quod D. — illud c. Vat. ed. pr. v., istud D. — 13. vos c. D. Vat., om. ed. pr. v. — domino (τῷ κυρίῳ) c. D. (d'o), deo Vat. ed. pr. v. — 14. 15. dico enim, quoniam non est c. D. Vat. ed. pr., dico, certe, inquit, non esse v. — 15. 16. docebo te, quod est c. D. Vat. (om. te), te docebo, quod est ed. pr., te docebo, quid sit Cot. Dress. (quod). — 17. supervacuum c. D. ed. pr. v., supervacuum est Vat. — 18. 19. ieiuna enim verum ieiunium tale (νήστευσον δὲ τῷ θεῷ νηστείαν τοιαύτην) c. ed. pr., ieiunium enim verum ieiunium tale D., leve enim ieiunium tale est L., ieiuna certe verum ieiunium tale v., om. Vat. — 19. tua c. Vat. ed. pr. v., sua D. — mente pura c. Vat. ed. pr. v., pura mente D. —

servi deo custodiens mandata eius et in praeceptis eius ingrediens neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. crede autem domino, si haec feceris metumque eius habueris atque abstinueris ab omni negotio malo, deo te victurum. haec si feceris, ieiunium magnum consummabis acceptumque domino. [2] audi similitudinem, quam dicturus sum tibi, ad ieiunium pertinentem. quidam cum haberet fundum servosque multos, in quadam parte fundi eius vineam posuit (affuturis). deinde peregre profectus elegit servum, quem habebat fidelissimum ac sibi probatum, eique assignavit vineam praecipiens, ut vitibus iungeret palos. quod si fecisset et mandatum suum consummasset, libertatem eidem se donaturum promisit. nec praeterea quicquam praecepit illi, ut quid in ea facere deberet, atque ita profectus est peregre. postquam servus ille apprehendit, et fecit quaecunque praeceperat dominus. cumque depalasset vineam illam et animadvertisset eam herbis repletam, coepit secum disputare dicens: „Peregi quod mihi praeceperat dominus, fodiam nunc vineam hanc, et erit formosior fossa et extractis herbis maiorem dabit fructum et non suffocabitur ab herbis.

---

1. 2. in praeceptis eius ingrediens c. B. D. Vat. Cot., in praecepta eius ingrediaris ed. pr. Dress. — 3. metumque eius c. Vat., metumque D., timoremque eius ed. pr. v. — atque c. D. v., et Vat. ed. pr. — 5. domino c. D. ed. pr. v., deo Vat. — 6. 7. pertinentem. Vat. add.: Similitudo VI. — 8. fundi eius vineam posuit c. D. Vat. (om. posuit), fundi sui vineam posuit ed. pr., fundi sui posuit vineam v. — (affuturis) c. Mss. Angl. Vict., a futuris D. Vat., successoribus ed. pr. v. additamentum latinum. — 9. elegit c. D. ed. pr. v., eligit Vat. — 10. assignavit c. Vat. ed. pr. v., designavit D. — 11. suum c. D. v., eius Vat. ed. pr. — 12. donaturum c. D. Vat., daturum ed. pr. v. — praeterea c. Vat. ed. pr. v., posterea D. — 12. 13. quicquam c. D. Vat., quicquam aliud ed. pr. v. — 13. illi c. Vat. ed. pr. v., ei D. — ut quid in ea facere deberet c. D. Vat. (facere deberet etiam Mss. Angl.) ed. pr., quod in ea faceret v. — 14. profectus est peregre c. D. Vat. ed. pr., peregre profectus est v. — 14. 15. postquam servus ille apprehendit, et fecit c. D. Vat., postquam autem servus ille curam coepit, et fecit ed. pr. v. (apprehendit — om. et). — 17. disputare c. D. Vat. Mss. Angl., cogitare ed. pr., ita cogitare v. — 18. fossa c. D. Vat. Mss. Angl., cum fuerit fossa ed. pr. v. — 19. et non c. D. ed. pr. v., non

aggressus deinde fodit et omnes herbas, quae in ea erant, extraxit, atque ita evasit vinea speciosissima ac laeta, non suffocata ab herbis. post aliquantulum temporis venit dominus eius et ingressus est vineam. quam cum depalatam vidisset decenter ac fossam, et extractas herbas ab ea, et laetas esse vites, ex facto hoc servi sui gaudium accepit. adhibito itaque filio, quem carum et haeredem habebat, et amicis, quos in consilio advocabat, indicat ea, quae servo suo facienda mandasset, et quae postea ille fecisset. ac illi protinus gratulati sunt illi servo, quod tam plenum testimonium domini sui assecutus fuisset. ait deinde illis: „Ego quidem huic servo libertatem promisi, si custodisset mandatum, quod dederam, et custodivit illud et praeterea adiecit opus bonum in vineam, quod mihi validissime placuit. pro hoc igitur opere, quod fecit, volo eum filio meo facere cohaeredem, quoniam cum sensisset quod esset bonum non dissimulavit, sed fecit illud. hoc consilium domini et filius et amici eius comprobaverunt, ut fieret scilicet cohaeres filio hic servus. post dies deinde paucos convocatis paterfamilias amicis misit de coena sua cibos complures. quos cum acce-

Vat. — 1. deinde c. Vat. ed. pr. v., ab inde D. — herbas c. D. ed. pr. v., herbas extractas Vat. — 2. vinea c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 3. aliquantalum temporis c. Vat., aliquantulum tempus D., aliquantulum vero temporis ed. pr. v. — 5. fossam c. D. L. Vat., circumfossam ed. pr. v. — ab ea c. Vat. ed. pr. v., de ea D. — 6. gaudium accepit c. Vat., adhibito gaudium cepit D., gaudium cepit v. — adhibito c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 8. suo c. Vat. ed. pr. v., om. D. — et quae c. D. Vat. ed. pr. Dress., quae Cot. — 9. postea c. D. Vat., praeterea ed. pr. v. — ac c. Vat. ed. pr., at D. v. — illi servo c. D., ei servo Vat., servo illi ed. pr. v. — 12. mandatum c. D. L. (Dr.) Vat. ed. pr., mandatum meum v. — 13. adiecit opus bonum c. D. Vat. ed. pr., opus bonum adiecit v. — validissime c. D. Vat. Mss. Angl., quam plurimum ed. pr. v. — 15. 16. quod esset bonum non dissimulavit c. D. Vat. ed. pr. (quid), quid esset bonum non omisit v. — 17. eius c. D. v., om. Vat. ed. pr. — fieret scilicet c. Vat. ed. pr. v., scilicet fieret D. — 17. 18. cohaeres filio hic servus c. D. Vat. (ubi sequitur: Similitudo VII.), hic servus cohaeres filio ed. pr. v. — 18. paucos c. D. Vat. Mss. Angl., non multos ed. pr. v. — 18. 19. paterfamilias amicis c. D. Vat. ed. pr., amicis paterfamilias v. —

pisset ille, sustulit ex his, quod sufficeret sibi, reliquum autem conservis suis distribuit. quibus acceptis illi laetati sunt et coeperunt illi optare, ut maiorem gratiam apud dominum inveniret ob ea quae fecerat eis. haec omnia cum audisset dominus eius, percepit iterum maximum gaudium et convocatis rursum amicis et filio exposuit factum servi sui de cibis suis, quos ei miserat. illi itaque tanto magis assenserunt patrifamiliae, eum servum cohaeredem filio debere fieri".

[3] dico ei: „Domine, has similitudines non novi neque intelligere possum, nisi eas tu mihi exolvas". „Omnia", inquit, „exolvam tibi, quaecunque locutus fuero tecum aut ostendero tibi. mandata domini custodi et eris probatus et scriberis in numero, qui custodiunt mandata eius. sin autem praeterea quam quod mandavit dominus aliquid boni feceris, maiorem dignitatem tibi acquires et honestior apud dominum eris quam quod eras futurus. igitur si custodieris mandata domini, adieceris etiam has stationes, gaudebis maxime, si secundum mandatum meum servaveris ea". dico ei: „Quicquid mihi, praeceperis, domine, servabo; scio enim, te mecum futurum".

---

1. ex his, quod sufficeret sibi c. D. Vat. (sufficeret etiam L.), ex eis, quod sufficiebat sibi ed. pr. v. — 3. optare c. Vat. ed. pr. v., optare ei D. — ut c. D. ed. pr. v., et (punctis suppositis) Vat. — 3. 4. inveniret c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 4. eis c. D. Vat., ipsis ed. pr. v. — 5. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — 6. exposuit (ἀπήγγειλεν) c. D., exponit Vat. ed. pr. v. — suis c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 7. tanto c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 7. 8. patrifamilie D. Vat., patrifamilias ed. pr. v. — 8. eum c. D. Vat., ipsum ed. pr. v. — filio debere fieri c. D. ed. pr. v., debere fieri filio Vat. —

10. exolvas c. D. Vat. ed. pr., exponas v. — 11. exolvam c. D. Vat. ed. pr., exponam v. — 13. numero c. D. Vat., numero eorum ed. pr. v. — sin c. D. Vat., si ed. pr. v. — 14. quam quod c. D. Vat., quae ed. pr. v. — feceris c. D. Vat., adieceris ed. pr. v. — 15. acquires (περιποιήσῃ) c. Mss. Angl., acquiris D. Vat., conquiris ed. pr. v. — et (καὶ) c. ed. pr. v.. om. D. Vat. — honestior c. D. Vat. ed. pr., honoratior v. — 15. 16. quam quod c. D. Vat. ed. pr., quam v. — 16. 17. adieceris etiam has stationes c. D. Vat., et adieceris etiam ad ea stationes has ed. pr. v. — 18. 19. praeceperis, domine c. Vat. ed. pr. v., domine praeceperis D. —

„Ero“, inquit, „tecum, qui tale propositum habes. sed et cum omnibus ero, quicunque tale propositum habuerint. ieiunium hoc“, inquit, „custoditis mandatis domini valde bonum est. sic igitur servabis illud: primum omnium cave ab omni probro et turpi verbo et ab omni noxia cupiditate et purifica sensum tuum ab omni vanitate seculi huius. si haec custodieris, erit hoc ieiunium iustum. sic ergo facies. peractis quae supra scripta sunt, illo die, quo ieiunabis, nihil omnino gustabis nisi panem et aquam et computata quantitate cibi, ceteris quem editurus eras, sumptum diei illius, quem facturus eras, repones et dabis viduae aut pupillo aut inopi, et sic consummabis humilitatem animae tuae, ut qui ex ea acceperit, satiet animam suam, et pro te adeat dominum deum oratio eius. si sic igitur consummaveris ieiunium tuum, quemadmodum praecipio tibi, erit hostia tua accepta domino, et scribetur hoc ieiunium tuum. haec statio sic gesta bona et hilaris est et accepta a domino. haec tu si servaveris cum liberis tuis et tota domo tua, custoditis his salvus eris. et quicunque audita custo-

---

1. tale (ταύτην) c. Vat. ed. pr., idem D. v. — 2. habuerint c. C. D. Vat. Vict. ed. pr., habent v. — 3. hoc, inquit c. Vat. ed. pr. v., inquit, hoc D. — custoditis (τηρουμένων) c. ed. pr. v., custodies D. Vat. — sic (οὕτως) c. v., si D. Vat. ed. pr. — 4. servaveris L. — 6. haec (ταῦτα) c. Vat. ed. pr. v., hoc D. — 7. sic (οὕτως) c. ed. pr. v., si D. Vat. — 8. gustabis (γεύσῃ) c. Vat. ed. pr. v., gustaveris D. — 9. computata quantitate c. Vat. ed. pr. v., computa quantitatem D. — 9. 10. ceteris quem editurus eras sumptum c. D. (que) Vat. (eras diebus sumptuum), caeteris diebus quae comesturus eras sumptum L., (quam ceteris diebus comesturus eras) sumptum ed. pr. v. (quem). — 10. illius c. Vat. ed. pr. v., illis D. — 10. 11. repones et dabis c. D. Vat. v., reponens dabis L. ed. pr. — 11. viduae aut pupillo aut inopi (cf. gr.) emend., viduae et pupillo aut inopi Vat., pupillo aut vidue aut inopi D., viduae aut pupillo et inopi ed. pr. v. — consummabis c. D. (consumabis) ed. pr. v., consumatis Vat. — 12. ex ea c. D. Vat., ex eo ed. pr. v. — 13. sic igitur c. D. Vat. ed. pr., igitur sic v. — 14. consumaveris D. — tibi c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 16. 17. gesta bona et hilaris est et accepta a domino c. D. Vat. (bona hylaris) ed. pr. (acta), acta est bona et hilaris et accepta a domino v. — 18. salvus c. D. Vat. Mss. Angl. ed. pr., felix v. — audita custodierint haec c. D. Vat. (ea), haec audita custodierint ed. pr. v. —

dierint haec, felices erunt, et quicquid petierint a domino, accipient".

[4] et deprecatus sum eum, ut mihi explanaret illam similitudinem de fundo et domino ac vinea et servo, qui depalaverat vineam, et herbis, quae extractae de vinea erant, et de filio et de amicis, quos in consilio adhibuerat. intellexi enim, illud esse similitudinem. ait mihi: „Valde audax es ad interrogandum. nihil enim debes interrogare. nam si oportuerit demonstrari, demonstrabitur tibi". dico ei: „Domine, quaecunque ostenderis mihi nec demonstraveris, frustra videbo illa, si non intellexero, quidnam fuerant, et similitudines si quas proposueris et non absolveris, frustra audiam eas". respondit mihi rursus dicens: „Quicunque dei servus est dominumque habet in praecordiis suis, petit ab eo intellectum et accipit et omnem similitudinem exolvit et intelligit verba domini, quae quaestionem ferunt, quicunque vero inertes sunt et pigri ad orandum, illi dubitant petere a domino, cum sit dominus profundae bonitatis, petentibus a se cunctis

---

2. accipient c. D. Vat. ed. pr., obtinebunt v. —
3. deprecatus c. D. Vat. Mss. Angl. Dress., precatus ed. pr. Cot. — 3. 4. illam similitudinem c. Vat., similitudinem illam D., hanc similitudinem ed. pr. v. — 4. de fundo et domino ac vinea et servo c. Vat. ed. pr. v., de fundo ac domino et servo et vinea D. — 4. 5. qui depalaverat vineam (τοῦ χαρακώσαντος τὸν ἀμπελῶνα) c. ed. pr. v., qui deplantaverat vineam Vat., om. D. — 5. erant c. Vat. ed. pr. v., essent D. — 5. 6. de amicis c. Vat. ed. pr. v., amicis D. — 6. illud esse c. Vat. ed. pr., esse illud D. v. — 8. demonstrari (δηλωθῆναι) c. ed. pr. v., demonstrare D. Vat. — 9. 10. demonstraveris c. D. Vat., declaraveris ed. pr. v. — 10. videbo c. D. Vat., videro ed. pr. v. — fuerant c. D. Vat., fuerint ed. pr., sint v. — 11. proposueris c. D. Vat. ed. pr. v., exposueris L. — absolveris c. D. L. Vat., exolveris ed. pr., exposueris v. — 12. audiam c. D. Vat. ed. pr., audiero v. — 13. dominumque (καὶ — τὸν κύριον) c. ed. pr. v., dominum quem D. L., quem Vat. — 14. accipit c. D. Vat. ed. pr., obtinet v. — exolvit c. D. ed. pr., absolvit Vat., explicat v. — 15. quae quaestionem ferunt (τὰ λεγόμενα διὰ παραβολῶν) c. D. Vat. (fecerunt) Mss. Angl., quae inquisitione egent ed. pr. v. — 16. sunt c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 17. profundae c. D. Vat. ed. pr., tam profundae v. — pe-

sine intermissione tribuere. tu vero, qui confirmatus es ab illo venerabili nuncio et accepisti orationem tam potentem, cum piger non sis, iam cur a domino intellectum non petis et accipis"? dico ei: „Cum te praesentem habeam, necesse est ut a te petam et interrogem; tu enim omnia mihi ostendis et loqueris mihi cum ades. nam si sine te ea viderem vel audirem, tunc dominum rogarem, ut demonstraret mihi".

[5] et respondit: „Dixeram tibi et paulo ante, te callidum esse et audacem, qui solutiones similitudinum interrogas, sed quatenus ita es pertinax, solvam tibi hanc quam desideras similitudinem, ut omnibus notam facias eam. audi nunc", inquit, „et percipe animo. orbem terrarum hic fundus significat, qui in similitudinem est positus. dominus autem fundi demonstratur esse qui creavit cuncta et consummavit et virtutem dedit illis. filius autem spiritus sanctus est. servus vero ille filius dei est. vinea autem populus est, quem servat ipse. pali vero nuncii, qui a domino praepositi sunt ad continendum populum eius. herbae autem, quae evulsae sunt de vinea, admissa sunt ser-

---

tentibus a se cunctis sine intermissione tribuere c. D. Vat. (et a se) [cunctis etiam L. Vict.] ed. pr. (cuncta), ut petentibus a se cuncta sine intermissione tribuat v. — 1. vero (δὲ) c. D., ergo Vat. ed. pr. v. — confirmatus c. Vat. ed. pr. v., et confirmatus D. — 1. 2. illo venerabili c. C. D. Vat. Vict. Mss. Angl. Dress., eius ed. pr., illius Cot. — 3. iam cur (διὰ τί) c. Vat., cur D., cur iam ed. pr. v. — mihi omnia Vat. — 5. 6. et loqueris mihi cum ades (καὶ λαλεῖς μετ' ἐμοῦ) c. ed. pr., et loqueris cum ades v., et loqueris mihi ades D., et loqueris mihi audes Vat. — 6. ea (αὐτὰ) c. ed. pr. v., eam D. Vat. — 7. demonstraret c. B. D., demonstraretur L., ostenderet Vat. ed. pr. v. —

8. et paulo ante (καὶ ἄρτι) c. D. Vat. ed. pr. Dress., paulo ante v. — 8. 9. te callidum esse c. Vat. ed. pr., callidum te esse D. v. — 9. solutiones similitudinum c. D. ed. pr. v., solutionis similitudines Vat. — interroges Cot. — 10. quatenus (ἐπειδὴ) c. D., quamvis L. Vat., quia ed. pr. v. — 12. hic fundus c. D., sic fundus Vat., fundus ille ed. pr. v. — 13. est positus c. Vat. ed. pr. v., positus est D. — 14. qui c. D. Vat., is qui ed. pr. v. — consumavit D. ed. pr. — dedit illis (cf. gr.) emend., dedit illi D. Vat. (ille), illi dedit ed. pr., illis dedit v. — 16. quem servat ipse (ὃν αὐτὸς ἐφύτευσεν) c. ed. pr. v., quam servat ipse L. Vat., servat quam ille D. — nuncii c. D. Vat., nuncii sunt ed. pr. v. —

vorum dei. cibi vero, quos de coena misit illi, mandata sunt, quae per filium dedit populo suo. amici autem illi, quos in consilio advocavit, nuncii sunt sancti, quos primos creavit. absentia vero illius patrisfamilias tempus est, quod in adventum eius restat". dico ei: „Magnifice, domine, et mire omnia se habent atque honeste. numquid ergo, domine, haec ego poteram intelligere? ne quidem quispiam praeterea homo, tametsi valde prudens sit, poterit intelligere ea. sed nunc iam mihi, domine, demonstra, quod quaero". „Dic, si quid vis", inquit. „Quare", inquam, „filius dei in similitudine hac servili loco ponitur"? [6] Audi", inquit, „in servili conditione filius dei non ponitur, sed in magnam potestatem et imperium". et dixi: „Quemadmodum", inquam, „domine, non intelligo". „Quoniam", inquit, [vineam deus plantavit, id est populum creavit] eumque filio suo tradidit, et filius eius nuncios praeposuit ad conservandos singulos. ipse autem plurimum laboravit plurimumque perpessus est, ut aboleret delicta eorum. nulla

---

1. illi c. Vat. ed. pr. v., ei al's illi D. — 3. nuncii c. D. Vat. Mss. Angl., angeli ed. pr. v. — primos (πρῶτοι) c. D., primo Vat. ed. pr. v. — 4. absentio Vat. — 5. Magnifice, domine c. D. Vat., domine, magnifice ed. pr. v. — omnia c. D. Vat., omnia haec ed. pr. v. — 6. domine c. D. Vat., domine, inquam ed. pr. v. — ego (ἐγώ) c. D., om. Vat. ed. pr. v. — 7. quispiam praeterea c. Vat. ed. pr. v., praeterea quispiam D. — 7. 8. tametsi c. Vat. ed. pr. v., tamen et si D. — ea (αὐτὰ) c. ed. pr. v., eam D. Vat. — 8. 9. iam mihi, domine, demonstra c. D. Vat. ed. pr., mihi demonstra, domine v. — 9. Dic, si quid vis c. D. Vat. Mss. Angl., Quaere quod vis ed. pr. v. — 10. in similitudine hac c. ed. pr. v., in similitudinem hac D., in similitudinem ac Vat. — 11. 12. filius dei non ponitur c. D. Vat. ed. pr., non ponitur filius dei v. — 12. in magnam potestatem et imperium c. D. Vat. Mss. Angl., in magna potestate et imperio ed. pr. v. — 12. 13. et dixi c. D. Vat. ed. pr. Dress., ei dixi v. — 13. Quemadmodum c. D. Vat., Quo modo ed. pr. v. — 14. 15. uncinis inclusa supplevi secundum gr. e Pal., om. codd. et edd. — 15. eumque emend., eum quem D. Vat., eis quos ed. pr. v. — et filius (καὶ ὁ υἱὸς) c. D. Vat., filius ed. pr. v. — nuncios (τοὺς ἀγγέλους) c. ed. pr. v., nuncius D. Vat. — 15. 16. praeposuit c. D. ed. pr. v., proposuit Vat. — 16. conservandos c. D. Vat. ed. pr. v., confirmandos L. —

enim vinea potest fodi sine labore ac dolore. deletis igitur peccatis populi sui ipse eisdem monstravit itinera vitae, data eis lege, quam a patre acceperat. vides igitur, dominum esse populi, accepta a patre suo omni potestate. quare autem dominus in consilio adhibuerit filium de haereditate et nuncios honestos? quia nuncius audit illum spiritum sanctum, qui creatus est omnium primus in corpore, quod ei videbatur. hoc ergo corpus, in quo deductus est spiritus sanctus, servivit ei spiritui recte in modestia ambulans et caste neque omnino maculavit spiritum illum. cum igitur corpus hoc paruisset omni tempore recte atque caste ac laborasset cum eo nec succubuisset in omni

---

1. 2. deletis igitur peccatis (καθαρίσας τὰς ἁμαρτίας) c. ed. pr. v., delictis igitur D. Vat. — 3. igitur c. D. ed. pr. Cot., inquit Vat. Dress. — dominum esse c. D. Vat., esse dominum ed. pr. v. — 5. et nuncios honestos c. D., honestosque B., honestos Vat., et bonos angelos ed. pr. v. — 6. 7. gr. ἄκουε (interpres legit ἀκούει)· τὸ πνεῦμα τὸ προόν τὸ κτίσαν πᾶσαν τὴν κτίσιν κατῴκισεν (interpres legit κατῴκησεν) ὁ θεὸς εἰς σάρκα ἣν ἐβούλετο. — 6. nuncius c. codd. v., angelus ed. pr. — audit illum spiritum sanctum c. codd. ed. pr. v., vadit ille spiritus sanctus Dress. al. — creatus c. C. D. Vat. Mss. Angl., infusus ed. pr. v. — 7. primus c. D. Vat. ed. pr. v., primo Dress. — 7. 8. in corpore, quod ei videbatur. hoc ergo corpus (cf. gr.) edidi. in corpore, quod ei videbatur. hoc ergo corpus, in quo habitaret deus, collocavit intellectus scilicet corpore quod ei videbatur L., in corpore, in quo habitaret deus, collocavit scilicet intellectus, quod ei videbatur. hoc ergo corpus Vat., in corpore, in quo inhabitaret deus, collocavit intellectus s. (i. e. scilicet) corpore, quod ei videbatur. hoc ergo corpus D., in corpore, in quo habitaret deus, collocavit, intellecto scilicet corpore quod ei videbatur. hoc ergo corpus Vict., in corpore, in quo habitaret deus, collocavit enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur. hoc ergo corpus ed. pr. v. primo in margine aliquis ad l. 7. „in corpore“ ea notasse videtur, quae cod. L. post l. 7. 8.: „hoc ergo corpus“ inseruit. his verbis plane eiiciendis viri docti diu turbati sunt. — 8. in quo deductus est (ἐν ᾗ κατῴκησε) c. D. Vict. Mss. Angl., inductus est Vat., in quod inductus est ed. pr. v. — servivit ei c. D., servis ei Vat., servivit illi ed. pr. v. — 10. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — hoc c. D. Vat., illud ed. pr. v. — 10. 11. recte atque caste ac c. C. Vat. Vict. ed. pr., recte atque caste sic D., recteque et caste v. — eo c. D. ed. pr. v., om. Vat. —

opere, fatigatum corpus illud serviliter conversatum est, sed fortiter cum spiritu sancto comprobatum deo receptum est. placuit enim deo huiusmodi potens cursus, quia maculatus non esset in terra possidens in se spiritum sanctum. in consilio advocavit ergo filium et nuncios honestos, ut et huic, scilicet corpori, quod servisset spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suae perdidisse. accipiet enim mercedem omne corpus purum ac sine macula repertum, in quo habitandi gratia constitutus fuerit spiritus sanctus. habes et huius similitudinis exolutiones“.

[7] „Percepi“, inquam, „domine, voluptatem audita hac exolutione“. „Audi nunc“, inquit, „et corpus hoc tuum custodi mundum atque purum, ut spiritus ille, qui inhabitavit in eo, testimonium referat illi et tecum fuisse iudicetur. atque etiam vide, ne quando persuadeatur tibi interire corpus hoc, et abutaris eo in libidine aliqua. si corpus enim tuum maculaveris, maculabis eodem tempore etiam spiritum sanctum, et si maculaveris corpus tuum et spiritum sanctum, non vives“.

---

1. opere (πράξει) c. Pal., tempore codd. et edd. — fatigatum corpus illud c. D. ed. pr. v., fatigatus corpus illam Vat. — conversatum c. Vat. ed. pr. v., consumatum D. — 2. cum spiritu sancto c. D. ed. pr. v., cum spiritum Vat. — receptum c. D. Vat. ed. pr. v., receptumque G. Vict., conservatum C. — 3. enim (γὰρ) c. D., ergo Vat., igitur ed. pr. v. — huiusmodi potens c. D. ed. pr. v., huiuscemodi poteris Vat., huius esse potens Vict. — 5. nuncios honestos c. B. D., honestos nuntitios Vat., bonos angelos ed. pr., nuntios bonos v. — 6. servisset c. D. L. Vat. Dress., servivisset ed. pr., servivit v. — 10. fuerit c. Vat. ed. pr. v., fuerat D. — 11. exolutiones c. D. Vat., exolutionem ed. pr., expositionem v. —

12. voluptatem (ηὐφράνθην) emend., voluntatem D. Vat., tuam voluntatem ed. pr. v. — 13. exolutione c. D. Vat. ed. pr., expositione v. — nunc c. D. Vat., ulterius ed. pr. v. — et c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 14. inhabitavit c. D., inhabitaverit Vat. Dress., inhabitabit ed. pr. Cot. — 15. eo c. Vat. ed. pr. v., illo D. — iudicetur c. D. ed. pr. Cot., videtur Vat. Dress. — 16. tibi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 17. eo c. D. ed. pr. v., eum Vat. — si corpus enim c. D. Vat., si enim corpus ed. pr. v. — 17 — 19. maculaveris, maculabis eodem tempore etiam spiritum sanctum, et si maculaveris corpus tuum, non vives D., maculaveris corpus tuum, non vives

et dixi: „Quodsi per ignorantiam aliquid admissum est, antequam audirentur verba haec, quemadmodum salutem assequitur is, qui maculavit corpus suum“? „Prioribus“, inquit, „rebus, quae per ignorantiam admiserunt, remedium tribuere solus deus potest; eius enim est omnis potestas. sed nunc custodi te, et cum sit dominus omnipotens misericors, prioribus admissis remedium dabit, si in futurum non maculaveris corpus tuum et spiritum. consortes enim sunt ambo alterutrum, et sine altero non inquinantur. utrumque enim conserva mundum, et vives deo“.

## Similitudo VI.

[1] Dum sederem domi et glorificarem dominum pro omnibus quae videram et de mandatis disputarem, valde bona esse ea et magna et honesta ac laeta, et quae possunt salutem hominis afferre, intra me dicebam haec: „Felix ero, si in his mandatis ambu-

---

Vat., spiritum sanctum pro: corpus tuum Mss. Angl. Dress., maculaveris, maculabis etiam eodem tempore spiritum sanctum, et si maculaveris corpus tuum, non vives ed. pr. Cot. (eodem tempore et sp. s.). — 1. Quodsi (εἰ δὲ) c. Pal., Quid si codd. et edd. — aliquid c. B., aliquam id ed. pr. v., aliquam D. Vat. — 2. verba haec c. Vat. ed. pr. v., haec verba D. — quemadmodum salutem assequitur c. D. Vat. (om. salutem), quo pacto assequitur salutem ed. pr. v. — 4. quae per ignorantiam admiserunt c. C. D. L. Vat., qui per ign. admiserunt ed. pr. Cot., quae per ign. admissae sunt Dress. — 4. 5. solus deus c. Vat. ed. pr. v., deus solus D. — 6. omnipotens misericors c. D. Vat., omnipotens et misericors ed. pr. v. — 7. in futurum c. C. D. Vat. ed. pr., futurum v. — 8. et spiritum c. D. ed. pr. v., ac spiritum Vat. — 8. 9. consortes enim sunt ambo alterutrum, et sine altero non inquinantur c. D. (ei sunt — inquiruntur) Vat. (inquinatur), consortes sunt enim ambo, et alterutrum sine altero non inquinatur ed. pr. v. (alteruter — coinquinatur). — 9. enim c. D. Vat. ed. pr., ergo v. — conserva c. D. Vat. ed. pr. Dress., serva Cot. —

11. XXII. D., Similitudo VIII. Vat. — 12. Dum (cf. Sim. V, 1) c. D., Cum Vat. ed. pr. v. — 13. disputarem c. D. Vat. Mss. Angl., cogitarem ed. pr. v. — 13. 14. valde bona esse ea c. D. Vat., ita videlicet valde bona esse ed. pr., ea valde bona esse v. — 14. possunt c. D. ed. pr., possint Vat. v. — hominis c. D. Vat., homini ed. pr., hominum v. — 16. intra me dicebam hec Vat., dicebam intra me hoc c. D., intra me ipsum haec dicebam ed. pr. v. —

lavero, et quicunque in his ambulaverit, vivet deo". dum haec loquor mecum, video eum sedentem iuxta me et dicentem haec mihi: „Quid dubitas de mandatis meis, quae tibi praecepi? bona sunt, nihil omnino dubitaveris, sed indue fidem domini et ambulabis in eis. ego enim in illis dabo tibi vires haec mandata utilia sunt his, qui delictorum suorum ante gestorum acturi sunt poenitentiam, si in futurum in his ambulaverint. quicunque igitur agitis poenitentiam abiicite a vobis nequitiam huius seculi. induite ergo omnem virtutem et aequitatem et poteritis haec custodire mandata. nec plus haec adiciatis. nihil ergo adicientes plurimum ex prioribus recidetis. in mandatis meis ambulate et vivetis deo. haec a me dicta sunt vobis".

postquam haec locutus est mecum, ait mihi: „Eamus in agrum, et pastores pecorum tibi ostendam". „Eamus", inquam, „domine". et venimus in quendam campum, et ibi ostendit mihi iuvenem pastorem vestitum synthesim vestimentorum colore coccineo. pascebat autem pecora copiosa, et pecora

1. 2. haec loquor c. D. (hoc) L. Vat. Dress., haec loquerer ed. pr. Cot. — 2. eum c. D. Vat. Mss. Angl., eum quem et prius ed. pr. v. — 2. 3. dicentem hac mihi Vat., dicentem mihi hec D., haec mihi dicentem ed. pr. v. — 5. in eis c. Vat. ed. pr. v., in his D. — in illis (ἐν αὐταῖς) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 6. 7. gestorum C. D. Vat. Cot., admissorum ed. pr. Dress. — 7. acturi sunt c. D. v., acturi Vat., facturi sunt ed. pr. — 7. 8. si in futurum in his ambulaverint c. Vat. (ambulaverit) ed. pr. v. (in iis), om. D. — 8. igitur c. Vat. ed. pr. v., enim D. — 9. huius seculi c. Vat. ed. pr. v., seculi huius D. — ergo c. D. Vat. ed. pr., vero v. — 10. poteritis c. D. ed. pr. v., poteris Vat. — haec custodire mandata c. D. Vat., custodire haec mandata ed. pr. v. — 10. 11. nec plus (μηκέτι) haec adiciatis c. D., nec potest hoc adiciatis Vat., neque post hoc adicietis var. lect. ed. Oxon., nec post hoc adiciatis ed. pr., nec deinceps peccetis v. — 11. nihil ergo adicientes c. D. Vat. (adiciencientes), nihil enim adicientes Mss Angl. ed. pr., si enim deinceps non peccaveritis v. —

14. locutus est mecum c. Vat. ed. pr., mecum locutus est D. v. — 15. pastores pecorum c. D. (etiam alibi: peccorum) v., pecorum pastores Vat. ed. pr. — ibi c. D. Vat., illic ed. pr. v. — 17. synthesim c. Vat. v., synthesem D., synthesin ed. pr. — 18. pecora copiosa

illa velut in voluptatibus erant et plurimis deliciis et hilaritate exultabant et exultantes discurrebant huc et illuc. et ipse pastor vehementer ex grege suo percipiebat voluptatem. et vultus pastoris illius valde hilaris erat, inter pecora discurrens. [2] ait mihi: „Vides hunc pastorem“? „Video“, inquam, domine“. et dixit mihi: „Hic nuncius dulcedinis ac voluptatis est. hic ergo corrumpit mentes servorum dei et vertit eos a veritate oblectans cupiditatibus, et pereunt, obliviscuntur enim mandata dei vivi et in luxuriis conversantur et deliciis vanis et corrumpuntur ab hoc nuncio, aliqui eorum usque ad mortem, alii vero usque ad defectionem“. dico ei: „Domine, non intelligo, quid sit ad mortem, quid ad defectionem“. „Audi“, inquit, „quaecunque pecora vidisti valde laeta et exultantia, hi sunt qui in perpetuo a deo discesserunt et tradiderunt se desideriis huius seculi. his ergo non est per poenitentiam regressus ad vitam, quoniam quidem adiecerunt ad reliqua delicta sua et nomen domini in nefandis insecuti sunt verbis. huiusmodi homines morti sunt destinati. quae vero vidisti pecora non exultantia, sed uno loco vescentia, hi sunt qui tradiderunt se quidem de-

---

c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 1. plurimis c. Vat. ed. pr. v., pluribus D. — 2. exultantes c. D. Vat. ed. pr., exultantia v. — huc et illuc c. D., huc illuc Vat., huc atque illuc ed. pr. v. — 3. vehementer c. D. Vat. ed. pr., vehementem v. — 4. discurrens c. D. Vat. ed. pr., discurrentis v. — 5. mihi c. D. Vat., mihi angelus ed. pr. v. — Vides hunc pastorem c. D. (bis) Vat. ed. pr., Vides autem hunc pastorem v. — 6. nuncius dulcedinis ac voluptatis c. D. Vat. Dress., angelus illecebrarum ac voluptatis ed. pr., nuncius illecebrarum, dulcedinis ac voluptatis v. — 7. vertit c. D. Vat., evertit ed. pr., avertit v. — 9. et deliciis c. D. ed. pr. Cot., et in deliciis Vat. Dress. — 10. nuncio c. D. Vat., nuncio malo v., angelo malo ed. pr. — eorum c. D. Vat. ed. pr. Dress., om. Cot. — alii c. D. Vat. ed. pr., aliqui v. — 11. 12. dico ei — ad defectionem c. Vat. ed. pr. (et quid ad def.) v. (et quid ad def.), om. D. (propter homoeoteleuton). — 13. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 14. perpetuo c. D. L. (om. in?) Vat., perpetuum ed. pr. v. — 14. 15. huius seculi c. Vat. ed. pr. v., seculi huius D. — 15. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 16. reliqua c. D. ed. pr. v., relicta Vat. — et c. D. v., etiam Vat., et etiam ed. pr. v. — 17. in nefandis c. D. Vat., nefandis ed. pr. v. — insecuti c. D. Mss. Angl., secuti Vat., insectati ed. pr. v. — huius homines D. — 18. exultantia c. ed. pr. v., exultantes D. Vat. — 19. vescentia c.

liciis et voluptatibus, nihil vero nefandum in domino locuti sunt. hi igitur defecerunt a veritate ideoque repositam adhuc habent spem vitae in poenitentiam. defectio enim habet spem aliquam redintegrationis, mors vero in perpetuo tenetur interitu". rursum progressi sumus paululum, et ostendit mihi pastorem magnum et velut agrestem figura, amictum pelle alba caprina, peram gestantem in humero et in manu virgam nodosam et vehementer durum flagellum in manu. aspectum autem amarum et saevum habebat, ut possit horrere aliquis. talis erat aspectus eius. hic ergo accipiebat ab illo iuvene pastore ea pecora, quae deliciis quidem agebantur, sed non exultabant, et compellebat ea in praecipitem locum quendam ac spinosum tribulisque confertum usque adeo, ut de spinis et tribulis non possent se explicare, sed implicita ibi pascerentur spinas et tribulos, et graves cruciatus experiebantur ex verberibus eius. agebat enim ea et sic nec consistendi eis lo-

---

ed. pr. v., vescentes D. Vat. — 1. domino c. Vat. ed. pr., dominum D. v. — 2. defecerunt c. D. Vat. Mss. Angl. ed. pr., non defecerunt v. — 2. 3. adhuc habent c. Vat. ed. pr. v., habent adhuc D. — 3. spem c. D. ed. pr. v., om. Vat. — poenitentiam c. D. Vat., poenitentia ed. pr. v. — 4. redintegrationis c. D. ed. pr. v., reintegrationis Vat. — in perpetuo c. D. Vat., perpetuo ed. pr. v. — 6. agrestam Vat. — figura (τῇ ἰδέᾳ) c. D., figuram Vat., figuram habentem ed. pr. v. — 7. caprina c. ed. pr. v., caprinam D. Vat. — in manu c. D. Vat. ed. pr., manu v. — 8. et vehementer durum flagellum c. D. Vat, et vehementer duram et flagellum ed. pr. v. (valde). — 9. amarum c. D. Vat. ed. pr., trucem v. — saevum c. D. Vat. v., severum ed. pr. — ut possit horrere aliquis c. D. (aliquos) Vat. (exhorrere aliquis var. lect. ed. Ox.), ut possit aliquis exhorrere ed. pr., ut posset terrere aliquos v. — 11. deliciis quidem agebantur c. D. Vat. (agebant), delicias quidem agebant ed. pr. v. — 12. compellebat c. D. ed. pr. v., compellebant Vat. — 13. ut c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 14. non possent se c. D. Vat., se non possent ed. pr. v. — 14. 15. pascerentur c. D. Mss. Angl., pascentur Vat., pascebantur ed. pr. v. — 15. spinas et tribulos c. D. Vat. ed. pr., spinis et tribulis v. — experibantur Vat. — 16. verberibus c. C. D. Mss. Angl. Dress., verbis Vat. ed. pr. v. — ea c. Vat. ed. pr. v., eas D. — sic (οὕτως pro ὅλως) c. D., om. Vat. ed. pr. v. — eis c. D. ed. pr. v., om. Vat. —

cum aut tempus permittebat. [3] cum ergo viderem sic ea flagellari et miserias experiri, dolebam pro eis, quia valde cruciabantur, nec ulla requies eis dabatur. dico ad pastorem illum, qui erat mecum: „Quis est, domine, hic pastor tam implacabilis et tam amarus, qui nullo modo movetur adversus haec pecora“. „Hic“, inquit, „pastor de iustis quidem nuncius est, sed praepositus poenae. huic ergo traduntur, qui a deo erraverunt et servierunt desideriis ac voluptatibus mundi huius. punit ergo eos, sicut meruit unusquisque eorum, saevis variisque poenis“. „Volebam“, inquam, „domine, nosse varias has poenas, cuiusmodi essent“. „Audi“, inquit, „variae poenae atque tormenta haec sunt, quae homines in vita sua cotidie patiuntur. alii enim detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diversis aegrimoniis, quidam inconstantiam, alii iniurias ab indignis patientes, multisque aliis exercitiis et incommodis. plurimi enim inconstanti consilio multa conantur, nec quicquam provenit eis, et dicunt in actibus suis successum se non ha-

---

1. aut c. B. D. L. Vat. Dress., ante ed. pr. v. — cum ergo viderem c. D. Vat. ed. pr., cum viderem ergo v. — 2. qui quia Vat. — 4. hic pastor c. Vat. ed. pr. v., pastor hic D. — 5. movetur (σπλαγχνιζόμενος) c. D. Vat. Mss. Angl., miseratione movetur ed. pr. v. — 6. inquit, pastor c. Vat. ed. pr. v., pastor, inquit D. — de c. C. D. Vat. Mss. Angl. Dress., pro ed. pr. v. — 8. erraverunt c. D. Vat. ed. pr., aberraverunt v. — mundi huius (τοῦ αἰῶνος τούτου) c. ed. pr., mundi D. Vat., seculi huius v. — 10. Volebam c. D. Vat., vellem ed. pr. v. — domine nosse c. D. Vat. (nosce), nosse, domine ed. pr. v. — 10. 11. hac penas D. — 11. essent c. D. Vat. Dress., sunt ed. pr. v. — 12. in vita sua cotidie c. D. (quotidie) Vat., quotidie in vita sua ed. pr. v. — 13. 14. detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diversis aegrimoniis c. D. (diversas?) Vat. (patiuntur) Mss. Angl. (agrimoniis), detrimenta patiuntur, alii inopiam, alii diversas egritudines ed. pr. v. (acrmonias vel: aegrimonias). — 15. multisque aliis exercitiis et incommodis c. D. Vat. (om. et), multaque alia exercitia et incommoda v., alii multis aliis exercitiis incommodisque afficiuntur ed. pr. — 16. inconstanti c. Vat. ed. pr. v., inconstante D. — 16. 17. nec quicquam provenit eis c. D. Mss. Angl., ne quicquam pervenit eis Vat., nec quicquam conducit eis ed. pr. v. — 17. et dicunt in actibus suis successum se non habere c. Vat. ed. pr. v., et dictum in actibus suis successum non habere D. —

bere. [nec] succurrit his quae nequiter fecerunt, et dominum causantur. cum igitur perpessi fuerint omnem vexationem et incommodum, tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem et firmantur in fide domini et reliquos dies serviunt domino mente pura. et cum coeperint delictorum agere poenitentiam, tunc ascendent in praecordiis eorum opera sua, in quibus se nequiter gesserunt, et tunc dant deo honorem dicentes iustum iudicem eum esse, meritoque se omnia esse passos secundum facta sua, scilicet quisque eorum. in reliquum vero serviunt domino mente pura et successum habent in negotiis suis omnibus accipientes a domino quaecunque poscunt. et tunc gratias agunt domino, quod sint mihi traditi, nec iam quicquam crudelitatis patiuntur".

[4] dico ei: „Etiam nunc, domine, demonstra mihi". „Quid", inquit, „inquiris"? dixi ei: „Si per idem tempus cruciantur qui discedunt a metu dei, quantum usi fuerint dulcedine ac voluptatibus"? ait mihi: „Per idem tempus etiam cruciantur". et dixi ei: „Exiguum", inquam, „cruciantur. oportebat enim eos, qui sic percipiunt voluptates, ut dominum

---

1. [nec] succurrit (καὶ οὐκ ἀναβαίνει αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν) supplevi (nec succurrit Pal.), succurrit D. Vat., succurrunt ed. pr. v. — his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — quae c. Vat. (que), ea quae ed. pr. v., qui D. — 3. incommodum c. D. Vat., omne incommodum ed. pr. v. — 4. fide c. D. ed. pr. v., fidem Vat. — et reliquos dies c. D. Vat., et per reliquos dies vitae ed. pr. v. — 5. puro D. — delicto D. — 6. ascendent c. D. Vat., ascendunt ed. pr. v. — praecordiis c. D. Vat. ed. pr., praecordia v. — 7. gesserunt c. D. Vat., exercuerunt Vat. (in margine a manu recent.) ed. pr. v. — 8. passos c. D. Vat. Mss. Angl., perpessos ed. pr. v. — 9. scilicet quisque eorum c. D. Vat. Mss. Angl., om. ed. pr. v. — 10. domino (τῷ κυρίῳ) c. D., deo Vat. ed. pr. v. — 12. 13. crudelitatis c. D. Vat. ed. pr. v., crudele B. —

14. ei c. D. Vat, illi ed. pr. v. — 15. inquit, inquiris c. D. Vat., inquit, queris ed. pr., inquiris, inquit v. — Si c. D. Vat. ed. pr., an v. — 15. 16. cruciantur c. D. Vat. ed. pr., crucientur v. — 16. qui (οἱ) c. ed. pr. v., quo D. Vat. — discendunt Vat. — metu c. D. Vat., timore ed. pr. v. — dei c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 16. 17. dulcedine c. D. Vat., falsa dulcedine ed. pr. v. — 18. inquam c. D. Vat., igitur ed. pr. v. — 19. enim c. D. Vat., autem ed. pr. v. — sic (οὕτως) c. Vat. ed. pr. v., om. D. —

obliviscantur, septies tantum pati poenas". ait mihi: „Fatuus es nec intelligis huius poenae virtutem". et dixi: „Si enim intelligerem, domine, non interrogarem, ut demonstrares mihi". „Audi", inquit, „quanta sit vis utriusque, dulcedinis ac voluptatis. una hora suo spatio terminatur, poenae vero una hora triginta dierum vim possidet. quicunque igitur uno die perceperit dulcedinem ac voluptatem unoque die cruciatus sit, anni spatium dies cruciatus eius valebit. itaque quot dies perceperit quisque voluptatem, totidem annis cruciatur. vides igitur", inquit, „exiguum tempus esse dulcedinis ac voluptatis, poenae vero tormentorumque amplius". [5] dixi ei: „Domine, quoniam non intelligo omnino tempora haec dulcedinis ac voluptatis poenae, lucidius mihi de his expone". respondit mihi dicens: „Stultitia tua perseveranter tibi haeret. nonne vis potius mentem tuam purificare et deo servire? vide, ne quando tempore exacto tu stultus reperiaris. audi nunc, quemadmodum vis, quo facilius intelligas. qui uno die commiserit se deliciis ac voluptatibus et facit quicquid desiderat animus eius, plurima

1. haec c. Vat. ed. pr. v., om. D. — cita c. D. ed. pr. v., citata B. Vat. — 2. debet esse c. D. Vat., esse debet ed. pr. v. — 3. agunt c. Vat. ed. pr. v., habent D. — 5. solae aridae erant c. ed. pr., sole aride D. Vat., sola arida erant ed. pr. v. — 6. atque c. Vat. ed. pr. v., ac D. — honesti apud dominum c. D. L. Vat.. probi erga deum ed. pr. v. — 7. minimum (ἐλάχιστον) c. D., nimium Vat., parumper ed. pr. v. — delinquerunt c. Vat., deliquerunt D. ed. pr. v. — propter c. Vat. ed. pr. v., sed propter D. — voluptates (ἐπιθυμίας) c. v., om. D. L. Vat. ed. pr. — 8. minimas disputationes c. D. L. Vat. (nimias), minutas cogitationes ed. pr. v. — inter c. D. L. Vat., in B., intra ed. pr. v. — ergo c. Vat. ed. pr. v., igitur D. — 9. meis (μου) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — plurimis D. — 10. quidam autem c. Vat. ed. pr. v., qui autem D. — evaserunt c. D. ed. pr. v., evacuerunt Vat. — nunc etiam est spes c. D., nunc spes etiam est Vat., etiam nunc spes est ed. pr. v. — 12. 13. quia boni semper fuerunt, difficile autem morientur (ὅτι ἀγαθοὶ πάντοτε ἐγένοντο· δυσκόλως δέ τις αὐτῶν ἀποθανεῖται) c. ed. pr. (movebuntur) v. (movebuntur), quia autem boni semper, difficile movebuntur D. Vat. — 14. 15. solae erant virides c. D. Vat., sola erant viridia ed. pr. v. — 15. 16. in sceleribus vero conversi sunt c. D. Vat. v. (conversati), etsi ad scelera aliqua prolapsi sunt ed. pr. — 16. sed nunquam c. D. Vat., nunquam tamen ed. pr. v. — semperque c. D. Vat., sed semper ed. pr. v. —

libenter tulerunt et libenter in hospitiis suis dei servos receperunt. audito igitur hoc regressi egerunt sine mora poenitentiam et omnem virtutis aequitatem exercuerunt. aliqui vero etiam morte obierunt et libenter patiuntur memores factorum suorum.

[11] postquam finisset omnium virgarum exolutiones, ait mihi: „Vade et dic omnibus, ut agant poenitentiam, et vivent deo; quia motus dominus in magna sua clementia misit me, ut poenitentiam omnibus darem, et quidem quibusdam non merentibus propter facta sua assequi salutem. sed patiens est dominus et invitationem per filium suum factam vult conservare“. dico ei: „Spero, domine, quoniam auditis his universi agent poenitentiam. credo enim, unumquemque, agnitis suis factis et accepto dei timore, ad poenitentiam regressurum“. ait mihi: „Quicunque ex toto corde egerint poenitentiam et purificaverint se ab omni nequitia eorum, quae supradicta est, et non adiecerint adhuc ad delicta sua quicquam, accipient a do-

1. dei servos c. D. v., servos dei Vat. ed. pr. — 1. 2. receperunt c. D. Mss. Angl., susceperunt Vat. ed. pr. v. — 2. regressi c. D. ed. pr. v., regressu D. Mss. Angl. — 2. 3. egerunt sine mora poenitentiam c. D. Vat., sine mora egerunt poenitentiam ed. pr. v. — 3. et (καὶ) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — virtutis aequitatem c. D. Vat. ed. pr. v., virtutem aequitatis Vict. — 4. morte c. D. Vat., mortem ed. pr. Dress., om. Cot. — et libenter patiuntur c. D. Vat. Mss. Angl., et alii libenter adversa passi sunt ed. pr. v. —

6. finisset c. v., finivisset ed. pr., fuisset Vat., fuissent D. — exolutiones c. D., exsolutione Vat., absolutiones ed. pr., explanationes v. — 8. quia motus dominus L. — in magna sua clementia c. Vat. ed. pr., in multa sua clementia D. L., magna clementia sua v. — 9. 10. omnibus darem, et quidem quibusdam non merentibus c. D. (darem equidem) Vat. Mss. Angl., omnibus nuntiarem, et iis etiam, qui non merentur ed. pr., nunciarem omnibus, his etiam, qui non merentur v. — 11. invitationem c. D. v., mutationem Vat., imitationem ed. pr. — factam per filium suum ed. pr. — 12. quoniam c. Vat. ed. pr., quia D., fore ut v. — 13. agent c. D. Vat. ed. pr., agant v. — agnitis c. D. Vat. ed. pr. v., auditis L. — 15. ex c. D. Vat. ed. pr., om. v. — 15. 16. purificaverint c. Vat. ed. pr. v., purgaverint D. — 16. nequitia eorum, quae supradicta est c. D., nequitia supradicta sunt Vat., nequitia quae supradicta est ed. pr. v., nequitia L. — 17. adiecerint c.

mino remedium priorum peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de mandatis meis, et vivent deo. qui vero", inquit, „adiecerint ad delicta sua et conversi fuerint in desideriis huius seculi, damnabunt se ad mortem. tu vero ambula in mandatis meis, et vives deo, et quicunque ambulaverint in his et recte ea exercuerint, vivent deo". postquam enim haec omnia mihi ostendit, ait mihi: „Reliqua autem post dies paucos tibi ostendam".

## Similitudo IX.

[1] Postquam scripsi mandata et similitudines pastoris illius, nuncii poenitentiae, venit ad me et dixit mihi: „Volo ostendere tibi, quaecunque spiritus tibi ostendit, qui in effigie ecclesiae locutus est tibi. ille enim spiritus filius dei est. et quia infirmior eras corpore, non ante per nuncium declaratum est tibi, quam firmatus es a spiritu auctusque viribus, ut etiam nuncium posses videre. tunc enim bene quidem ac modeste aedificatio turris ab Ecclesia tibi ostensa est, sed ut a virgine monstrata cuncta vidisti. nunc autem per nuncium adlustraris, per eun-

---

ed. pr. v., adiecerunt c. D. Vat. — 1. priorum peccatorum suorum c. D. ed. pr. v., peccatorum suorum primorum Vat., peccatorum suorum Mss. Angl. — 2. meis c. D. L. Vat., his ed. pr. v. — 2. 3. inquit, adiecerint c. D. Vat., adiecerint, inquit ed. pr. v. — 3. conversi c. D. Vat., conversati ed. pr. v. — fuerint c. D. Vat. ed. pr. v., fueruut Vat. — desideriis c. D. Vat. ed. pr., cupiditatibus v. — 3. 4. huius seculi c. D. Vat., seculi huius ed. pr. v. — 4. se c. D. Vat., seipsos ed. pr. v. — 5. d'o D. — meis c. D. Vat., istis ed. pr. v. — recte ea c. Vat. ed. pr. v., ea recte D. — 6. enim c. D. Vat. ed. pr., vero v. — 7. autem c. D. Vat. ed. pr., om. v. —

9. Similitudo X. Vat., XXV. D. — 10. 11. nuncii poenitentiae c. Vat. ed. pr. v., poenitentiae nuncii D. — 11. dixit c. Vat. ed. pr. v., dicit D. — 13. tibi c. D. Vat., tecum ed. pr. v. — quia quia Vat. — 15. es a spiritu c. ed. pr. v., es spiritu D., a spiritu Vat. — 16. posses c. D. Vat., possis ed. pr. v. — bene quidem ac modeste c. D. Mss. Angl., bene ac modeste Vat., bene quidem ac magnifice ed. pr. v. (et Cot.). — 17. tibi ostensa est c. Vat. ed. pr. v., ostensa est tibi D. — a virgine (ὑπὸ παρθένου) c. ed. pr. v., ad virginem L. Vat., ad ungvvem D. — 18. nunc c. Vat. ed. pr. v., tunc D. — adlustraris c. D.

dem quidem spiritum. sed oportet te omnia diligenter videre. idcirco enim in domo tua missus sum habitare ab illo nuncio dignitoso, ut cum omnia potenter videris, nihil ut prius expavescas“. et duxit me in Arcadiae montem et consedimus in cacumine eius. et ostendit mihi campum magnum et circa eum duodecim montes alia atque alia figura. quorum primus niger erat sicut fuligo; secundus glabrus sine herbis; tertius spinis et tribulis plenus; quartus habebat semiaridas herbas, quarum superior pars erat viridis, proxima autem a radicibus arida, quaedam etiam herbae, cum sol incanduisset, aridae fiebant. quintus mons asperrimus erat, sed herbas virides habebat. sextus mons scissuris erat plenus, quibusdam minoribus, quibusdam vero maioribus; sed in illis scissuris erant herbae non valde quidem laetae, sed velut marcidae videbantur esse. septimus vero mons hilares habebat herbas et totus fertilis erat, et omne genus pecudum et volucrum coeli pabula carpebant ex illo, et quantum vescebantur ex illo, in tantum amplius laetiores herbae crescebant. octavus mons fontibus erat repletus, et ex illis fontibus adaquabatur omne genus domini creaturae.

---

Vat,, illustraris ed. pr. v. — 2. in domo tua c. D. Vat., in domum tuam ed. pr. v. — 3. dignitoso c. D. Vat., dignissimo Mss. Angl., venerando ed. pr. v. — videris c. Vat. ed. pr. v., videres D. — 4. in Arcadiae montem c. L., in accadie D. Vat., in ascensum montis Arcadiae ed. pr. v. — consedimus c. Vat. ed. pr. v., sedimus D. — 6. alia atque alia (ἄλλην καὶ ἄλλην) c. ed. pr. v., alia atque D., aliaque Vat. — 7. erat c. D. ed. pr. v., fuit Vat. — 8. herba D. — 10. incanduisset c. Vat. ed. pr. v., incaluisset D. — 11. herbas virides c. ed. pr. v., virides herbas D., virides Vat. — 12. erat plenus c. D. ed. pr. v., plenus erat Vat. — 14. laetae c. C. D. L. Vat. Vict. ed. pr., latae Cot. — sed c. D. ed. pr. v., om. Vat. — videbantur esse c. D. Vat. (videbatur), esse videbantur ed. pr. v. — 15. hilares c. Vat. Mss. Angl., hilaris D., delectabiles ed. pr. v. — fertilis c. ed. pr. v., fertiles D., fertulis Vat. — 16. volucrum (ὀρνέων) c. ed. pr. v., volucres D. Vat. Mss. Angl. — pabula c. D. L. Vat. ed. pr., pabulum v. — carpebant c. D. ed. pr. v., capiebant Vat. (erat: carpiebant). — 16. 17. ex illo c. Vat. ed. pr. v., inde Mss. Angl., om. D. — 17. in tantum c. D., tantum Vat., tanto L. ed. pr. v. — amplius (μᾶλλον καὶ μᾶλλον) c. D. L., om. Vat. ed. pr. v. — 17. 18. laetiores c. Vat. ed. pr. v., laciores D. — 18. mons fontibus erat repletus c. Vat. ed. pr. v., fontibus erat repletus mons D. — 19. ada-

nonus mons nullam omnino habebat aquam et totus destitutus erat, sed et mortiferos serpentes habebat et hominibus perniciosos. decimus mons habebat arbores magnas et totus umbrosus erat, et sub umbra pecudes iacebant requiescentes et ruminantes. undecimus mons densissimis arboribus repletus erat, et arbores illae aliis atque aliis ornatae erant fructibus, ut si quis vidisset concupisceret edere de fructibus earum. duodecimus mons candidus erat totus et aspectum hilarissimum habebat et ipse summum sibi praestabat decorem. [2]in medio vero campo candidam et ingentem mihi petram ostendit, quae de ipso campo surrexerat. et petra illa altior montibus illis erat et erat quadrata, ita ut posset totum orbem sustinere. vetus autem mihi videbatur esse, sed habebat novam portam, quae nuper videbatur exculpta. et porta illa clariorem splendorem quam sol habebat, ita ut mirarer lumen eius. circa enim eam portam stabant duodecim virgines, ex quibus quatuor, quae obtinebant angulos portae, dignitosiores mihi videbantur esse — sed et ceterae dignitosae erant —, stabant

quebatur Vat. — domini creaturae c. D. Vat., creaturae dei ed. pr. v. — 1. habebat aquam c. D. Vat. ed. pr., aquam habebat v. — 2. sed et c. Vat. ed. pr. v., et sed D. — habebat c. D. Vat., alebat ed. pr. v. — et hominibus (cf. gr.) c. v., hominibusque ed. pr., et homines L. Vat., et D. — 3. habebat arbores magnas c. D. Vat. Mss. Angl., proceras arbores continebat ed. pr. v. — 3. 4. et totus umbrosus erat c. D. Vat. (tenebrosus L.), totusque erat umbrosus ed. pr. v. — 4. 5. et ruminantes c. D. Vat., atque ruminantes ed. pr. v. (ac). — 6. ornatae (κεκοσμημένα) erant c. L., ordinatae erant B. D. Vat., oneratae videbantur ed. pr. v. — 7. si quis vidisset concupisceret c. D. Vat. (consupiscerent) Mss. Angl., quisquis videret. cuperet ed. pr. v. — 8. 9. hilarissimum habebat c. D. Vat. (hilarissimum etiam Mss. Angl.), habebat delectabilissimum ed. pr. v. — 9. summum sibi c. Vat. ed. pr., sibi summum D. v. — 10. mihi petram c. D. Vat., petram mihi ed. pr. v. — 12. erat quadrata c. D., quadrata Vat., quadrata erat ed. pr. v. — ita ut c. Vat. ed. pr. v., ut ita D. — 14. exculpta c. D. ed. pr. v., sculpta Vat. — 15. mirarer c. D. Vat., mirarer vehementer ed. pr. v. — lumem Vat. — 16. enim eam portam c. D. Vat., circa vero portam illam ed. pr. v. — duodecim virgines c. D. L. Vat., virgines duodecim ed. pr. v. — 17. dignitosiores c. D. Vat., digniores ed. pr. v. — 17. 18. videbantur esse c. Vat. ed. pr. v., esse videbantur D. — 18. ceterae dignitosae c. D. L., dignose cetere Vat., ceterae dignae ed. pr. v. —

autem in quatuor partibus portae. intererant autem intergerinae earum virginum, et hae binae, vestitae erant linteis tunicis et decenter incinctae, exertis brachiis dextris, tamquam aliquem fascem levaturae. sic erant paratae; vehementer enim hilares erant atque promptae. haec cum vidissem, mecum ipse mirabar, quod tam magnas et praeclaras res viderem. et rursus mirabar propter virgines illas, quod tam delicatae essent et ita fortiter starent, tamquam totum coelum portandum haberent. et cum haec intra me disputarem, ait ad me pastor ille: „Quid intra te disputas atque torqueris et ipse tibi sollicitudinem adducis? quaecunque non potes intelligere, noli perpendere, tamquam si sapiens sis; sed roga dominum, ut accepto sensu intelligas ea. quaecunque post te sunt non potes videre, quae vero sunt ante te vides. in his igitur, quae non potes videre, noli torqueri et eorum dominare, quae vides. desine

---

1. partibus c. Vat. ed. pr. v., angulis D. — 1. 2. intererant autem intergerinae earum virginum, et hae binae (ἀνὰ μέσον αὐτῶν ἀνὰ δύο παρθένοι) emend. (cf. c. 6 p. 122, 15. c. 15), inerat autem inter genera earum virginum, et hae binae Mss. Angl., inerat autem inter gratiam earum virginum et he bine Vat., inerat autem inter gratiam earum virginum et hae bene D., erat autem et id ad gratiam illarum virginum, quod illae binae et binae ed. pr. v. — 2. vestitae erant (ἐνδεδυμέναι δὲ ἦσαν) c. ed. pr. v., vestitae D. Vat. Mss. Angl. — linteis c. Mss. Angl. ed. pr. v., lineis D. Vat. — 3. decenter incinctae (περιεζωσμέναι εὐπρεπῶς) emend., decem incinctae L., decem intincte D. Vat., decenter succinctae ed. pr. v. — exertis c. C. D. Vict. Mss. Angl. ed. pr. v., exercis Vat. — dextris c. D. ed. pr. v., dexteris Vat. — 3. 4. aliquem fastem D., aliquam fascem Vat., fascem aliquem ed. pr. v. — 6. rursus c. Vat. ed. pr. v., rursum D. — 7. mirabar (διηπόρουν) c. Vat. ed. pr. v., movebar D. L. fort. legendum: torquebar cf. l. 10. — quod tam delicatae essent c. D. Vat. Mss. Angl., quod tam decorae et delicatae essent ed. pr. v. — 8. fortiter c. D. L. Vat., constanter ed. pr., constanter ac fortiter v. — 8. 9. portandum haberent c. D. Vat. Mss. Angl., portaturae ed. pr. v. — 9. disputarem c. D. Vat. Mss. Angl., cogitarem ed. pr. v. — 10. atque torqueris c. D. ed. pr. v., aut conqueris Vat. — 11. adducis c. D. Vat. Mss. Angl., adiicis ed. pr. v. — 11. 12. perpendere c. D. L. Vat., attendere ed. pr. v. — 13. potes (δύνῃ) c. Vat. ed. pr. v., poteris D. — 14. quae c. D. ed. pr. v., qui Vat. — 15. torqueri c. D. ed. pr., torquere Vat. v. — dominare c.

esse curiosus. ego autem demonstrabo tibi cuncta, quaecunque debeo ostendere. nunc autem reliqua considera".

[3] et cum haec dixisset mihi, inspexi, et ecce vidi venisse sex viros excelsos, dignitosos et similes vultu et vocasse quandam multitudinem virorum. et hi qui venerant vocati ab illis, et ipsi excelsi et fortes erant. iusserunt autem eos illi sex turrim quandam super eam petram aedificare. magnus vero tunc fremitus coepit esse discurrentium circa portam huc et illuc eorum virorum, qui ad aedificandam turrim convenerant. virgines vero illae, quae stabant circa portam, iubebant eis aedificationem turris accelerari oportere. ipsae autem exporrexerunt manus suas tamquam aliquid accepturae ab illis. tunc illi sex iusserunt ex quodam profundo lapides ascendere et in aedificationem turris aptari. et ascenderunt decem lapides candidi, quadrati, [non] circumcisi. postquam vero sex illi voca-

D. Vat. Mss. Angl., intelligentiam cape ed. pr. v. — vides c. D. Vat., tu vides ed. pr. v. — 1. demonstrabo c. Vat. ed. pr. v., monstrabo D. — 2. debeo c. Vat. ed. pr. v., oportet D., potueris L. —

3. inspexi c. D. L. Vat. ed. pr., suspexi v. — 4. sex viros (ἓξ ἄνδρας) c. ed. pr. v., viros D. L. Vat. — excelsos c. D. L. ed. pr. v., extensos Vat. — dignitosos c. D. L. Vat., et venerandos ed. pr., ac venerandos v. — et similes c. D. L. Vat., et omnes similes ed. pr. v. — 6. et ipsi c. D. Vat., et ipsi quoque ed. pr. v. — eos illi sex (αὐτοὺς οἱ ἓξ ἄνδρες) emend., eos illi ex D. L. Vat, illi istos ed. pr., illi sex eos v. — 7. turrim quandam (πύργον τινὰ) c. ed. pr. v., turri quandam D. L. (turre), turre quadam Vat. — petram (πέτρας) emend., portam codd. et edd. — aedificare c. Vat. ed. pr. v., edificari D. — 8. tunc c. Vat. ed. pr. v., om. D. — discurrentium (περιτρεχόντων) c. B., decurrentium D. Vat. ed. pr. v. — 8. 9. huc et illuc c. D. Vat., huc atque illuc ed. pr. v., hinc atque illinc B. L. — 10. 11. iubebant eis aedificationem turris accelerari oportere (cf. Roensch. It. u. Vulg. p. 430 sq.) emend., videbant eis aedificationem turris accelerari oportere D. (eius) L. (om. eis) Vat., agnoverunt ab eis aed. turris accelerari oportere ed. pr., iubebant eis aedificationem turris accelerare v. — 13. ex quodam profundo lapides ascendere c. D. Vat. Mss. Angl., ut ex quodam profundo lapides attollerent ed. pr. v. — 14. aptari c. D. Vat. Mss. Angl., praepararent ed. pr. v. — ascenderunt c. D. Vat. Mss. Angl., elevati sunt ed. pr. v. — 15. quadrati c. D. Vat. ed. pr. v., quidem et quadrati L. — [non] c. Cot. supplevi e gr. (cf. c. 5 p. 121, 19. c. 16), om. codd. et edd. — vocaverunt c. D. Vat.. advocaverunt

verunt has virgines, iusserunt eas universos lapides, quicunque in turris eius aedificatione ituri essent, portare et translatos per portam tradere eis, qui aedificaturi essent turrim illam. continuo hae virgines eos decem lapides, qui primi ascenderunt de profundo, inter se allevare coeperunt omnes pariter. [4] qui autem steterunt circa portam, sic etiam portabant, ut qui videbantur esse fortiores ad angulos ponerentur. ceteri vero lapides a lateribus subibant. atque ita universos lapides pertulerunt eosque per portam translatos aedificantibus, sicut iussae erant, tradiderunt. illi vero excipientes exstruxerunt illos. haec autem aedificatio super illam petram magnam et portam fiebat, atque ab his tota turris sustentabatur. horum autem decem lapidum structura totam portam illam replevit, quae in fundamento turris esse coepit. post illos vero decem lapides alii viginti quinque ascenderunt de profundo, et hi structi sunt in aedificatione eiusdem turris, per illas virgines levati sicut priores. post hos alii triginta quinque ascenderunt, et hi similiter in eodem opere aptati sunt. post hos alii quadraginta lapides ascenderunt, et hi omnes adiecti sunt in structuram

ed. pr. v. — 1. has virgines c. Vat. ed. pr. v., virgines has D. — 2. eius c. D. Vat., om. ed. pr. v. — aedificatione ituri c. D. (itura) Vat. Mss. Angl., aedificationem mittendi ed. pr. v. — 3. essent c. D. Vat., erant ed. pr. v. — per portam itidem tradere L. — 4. eos decem (τοὺς δέκα) emend. (cf. Pal.), eosdem codd. et edd. — 4. 5. primi ascenderunt c. D. (ascenderant) Vat. Mss. Angl., prius elevati erant ed. pr. v. — 5. allevare c. D. Vat. Mss. Angl., elevare ed. pr. v. — omnes pariter c. Vat. ed. pr., pariter omnes D. v. — 6. sic c. D. ed. pr. v., sicut Vat. — 8. a lateribus c. B. D. L. (e) Vat., ad latera ed. pr. v. — subibant (ὑποδεδύκεισαν) c. B., subiiciebantur D. Vat. ed. pr. v. — 9. eosque c. D. ed. pr. v., eosdem Vat. — portam (πύλης) c. ed. pr. v., portas D. Vat. — 10. iussae erant (ἐκελεύσθησαν) c. v., iusserant D. Vat. Mss. Angl., iussum erat ed. pr. — tradiderant Vat. — exstruserunt Vat. — 11. petram magnam c. Vat. ed. pr. v., magnam petram D. — porta L. — 12. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 14. turris c. D. Vat., turris illius ed. pr. v. — 15. ascenderunt c. D. Vat. Mss. Angl., elevati sunt ed. pr. v. — 16. aedificatione c. D. Vat. ed. pr., aedificationem v. — eiusdem turris c. Vat. ed. pr., turris eiusdem D. v. — sicut (καθὼς καὶ) c. ed. pr. v., sunt ut D., sunt sicut Vat. — prioris Vat. — 17. ascenderunt c. D. Vat. Mss. Angl., elevati sunt ed. pr. v. — 18. alii (ἕτεροι) c. D., om. Vat. ed. pr. v. — 19. structura ed. pr. —

turris eiusdem. quatuor ergo ordines coeperunt esse in fundamento turris huius. desierunt enim lapides ascendere de profundo. paulisper etiam et hi qui aedificabant quieverunt. iterum illi sex viri multitudini huic imperaverunt, ut de illis duodecim montibus adportarent lapides ad aedificationem eiusdem turris. illi autem excidebant de universis montibus lapides variis coloribus et apportantes eos porrigebant virginibus, quos illae accipientes transferebant et in aedificationem turris porrigebant. in quam cum structi essent illi, candidi variique fiebant et similes omnes et priores mutabant colores. quidam vero ab ipsis viris porrigebantur. qui cum in eam aedificationem venissent, quales ponebantur, tales permanebant. hi nec candidi fiebant nec varii, quoniam non erant a virginibus per portam translati. hi ergo lapides deformes erant in aedificatione. quos cum animadvertissent illi sex viri, iusserunt tolli et suo loco referri, unde apportati erant. et dicunt ad illos, qui hos lapides adferebant: „Omnino vos nobis ad aedificationem hanc

1. turris eiusdem c. Vat., eiusdem turris D., turris illius ed. pr. v. — ornes ordines Vat. — 1. 2. fundamento c. Vat. ed. pr. v., fundamentis D. L. — 2. huius c. D. L., illius Vat. ed. pr. v. — enim c. D. Vat. ed. pr. v., ergo L. — lapides ascendere c. L. Vat., ascendere lapides D., lapides extrahi ed. pr. v. — 3. etiam et hi c. D. Vat., etiam et ii ed. pr., et hi v. — 3. 4. iterum illi c. D. ed. pr. v., item hi Vat. — 4. multitudini huic c. Vat., huic multitudini D., multitudini illi ed. pr. v. — ut c. Vat. ed. pr. v., et D. — 5. 6. eiusdem turris c. D. Vat., turris eiusdem ed. pr. v. — 6. 7. lapides variis coloribus et apportantes c. D. Vat. Mss. Angl. (adportatos), variorum colorum lapides et deferentes ed. pr. v. — 8. 9. porrigebant et in aedificationem turris transferebant B. L. — 9. quam c. D. L. Vat., aquam Vict., qua ed. pr. v. — structi c. D. Vat. ed. pr., instructi L. — 10. similes c. D. L. Vat. Vict. ed. pr., similiter v. — et priores c. C. D. L. Vat. Vict., prioresque ed. pr., priores v. — 11. cum c. Vat. ed. pr. v., autem D. — 12. ponebantur (ἐτέθησαν) c. Vat. ed. pr. v., veniebant et ponebantur D. — tales c. D. Vat. ed. pr., tales et v. — 13. non c. D. ed. pr. v., nec Vat. — 14. aedificatione c. D. ed. pr. v., edificationem L. Vat. — suo loco c. D. ed. pr. v., loco suo Vat. — 16. referri c. D. (refferri) Mss. Angl., deferri Vat., reponi ed. pr. v. — apportati c. D. Vat., deportati Mss. Angl., delati ed. pr. v. — erant c. D. Vat., fuerant ed. pr. v. — 16. 17. hos lapides c. D. Vat., lapides illos ed. pr. v. — 17. nobis c.

lapides porrigere nolite, sed iuxta turrim ponite illos, ut hae virgines translatos porrigant illos. nisi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores suos mutare non possunt. nolite igitur frustra laborare".

[5] effecta est autem structura illo die, sed turris consummata non est. futurum enim erat ut aedificaretur. propterea etiamnunc et quaedam dilatio facta est. et iusserunt illi sex eos qui aedificabant recedere et veluti quiescere aliquid. his vero virginibus praeceperunt, ne a turri recederent. propterea autem videbantur mihi relictae, ut custodirent turrim illam. postquam autem omnes recesserunt, dico ad pastorem illum: „Quare", inquam, „domine, non est peracta aedificatio turris"? „Non enim", inquit, „ante consummari potest, quam veniat dominus eius et structuram hanc probet, ut, si quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur; ad voluntatem enim eius aedificatur haec turris". „Volebam", inquam, „domine, scire, quid significet aedificatio turris huius, et de hac petra et de hac porta cognoscere et de montibus et de virginibus et de lapidibus, qui ascenderunt de profundo nec circumcisi sunt, sed sicut ascenderunt, sic ierunt in structuram, et quare pri-

---

Vat. ed. pr. v., om. D. — 1. porrigere nolite c. Vat. ed. pr. v., nolite porrigere D. — illos, ut c. D., illos et Vat., eos, ut ed. pr. v. — 2. illos c. D. Vat., om. ed. pr. v. — enim c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 3. 4. non possunt c. D. ed. pr. v., om. Vat. —

6. est. futurum enim erat (ἔμελλε γὰρ) c. ed. pr. v., est. futurum est enim D., est. futurum enim L. (fuit) Vat. — aedificaretur c. D. ed. pr. v., edificetur Vat. — 7. et quaedam c. Vat. ed. pr. v., quaedam D. — 8. recedere c. D. Vat. Mss. Angl., abire ed. pr. v. — quiescere aliquid c. Vat. Mss. Angl., quiescere D., aliquamdiu quiescere ed. pr. v. — his c. D. Vat., illis ed. pr. v. — 9. turre Vat. – recederent c. D. L. Vat., discederent ed. pr. v. — 10. turrim illam c. Vat. ed. pr. v., eam turrim D. — 11. autem c. Vat. ed. pr. v., vero D. — omnes c. D. Vat., om. ed. pr. v. — dixi L. — 12. inquam c. D. Vat. ed. pr. Dress., om. Cot. — 13. consumari D. ed. pr. — veniat c. D. ed. pr. v., veniet Vat. — 16. Volebam c. D. Vat., Vellem ed. pr. v. — inquam (φημί) c. Vat. ed. pr. v., inquit D. — 17. 18. et de hac porta c. Vat. ed. pr. v., et porta D. — 18. 19. et de lapidibus c. Vat. ed. pr. v., et lapidibus D. — 19. ascenderunt c. D. Vat. Mss. Angl., extracti sunt ed. pr. v. — 20. ierunt c. D. Vat. Mss. Angl., missi sunt ed. pr. v. —

mum lapides decem in fundamentis structi sunt, deinde viginti quinque, deinde triginta quinque, deinde quadraginta; item de illis lapidibus, qui positi sunt in structuram iterumque sublati et loco suo relati. de omnibus his, domine, desiderium animae meae comple et omnia mihi demonstra". et dixit mihi: „Si arduus", inquit, „non fueris, omnia cognosces et videbis reliqua, quae futura sunt huic turri, et omnes similitudines diligenter cognosces". et venimus in eundem locum post dies paucos, ubi sederamus, et dixit mihi: „Perveniamus ad turrim; dominus enim eius venturus est, ut consideret eam". venimus igitur ibi et neminem alium invenimus quam virgines illas". et interrogavit eas, si fuisset ibi dominus turris illius. et responderunt, continuo eum venturum esse, ut consideret structuram illam. [6] post pusillum vero video multitudinem virorum magnam venientem et in medio eorum ita excelsum virum, ut magnitudine sua ipsam turrim superaret; et circa eum sex

1. fundamentis c. D. L. Vat. Vict. (fundamentis structurae) ed. pr., fundamento v. — 2. deinde triginta quinque, deinde quadraginta (cf. gr.) edidi, deinde XL, deinde XXXV D., triginta quinque, deinde quadraginta ed. pr., deinde quadraginta v. — 4. loco suo c. L. Vat., suo loco D., in locum suum ed. pr. v. — 5. dixit mihi c. Vat. ed. pr. v., dixit D. — 6. arduus (κενόσπουδος) c. C. D. Vat. Vict. Mss. Angl., tardus ed. pr. v. — inquit c. D. Vat. ed. pr. Dress., om. v. — omnia c. D. ed. pr. v., omnia, inquit Vat. — cognosces c. C. D. L. Vat. Vict. ed. pr. Dress., cognoscis post Vict., non cognosces Cot. — 6—8. et videbis — et venimus c. C. D. Vat. ed. pr. v., om. Vict. — 8. 9. in eundem locum post dies paucos c. D. Vat., post paucos dies in eundem locum ed. pr. v. — 9. sederamus c. Vat. ed. pr. v., sederam D. — 10. consideret c. D. ed. pr. v., considerat Vat. 11. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — ibi c. D. Vat., illuc ed. pr. v. — invenimus quam virgines illas c. D. Vat, quam virgines illas invenimus ed. pr. v. — 12. si fuisset c. D. Vat., si affuisset ed. pr., an affuisset v. — 13. continuo eum c. Vat. ed. pr. v., eum continuo D. — venturum esse c. D. L. Vat., venturum B., affuturum ed. pr. v. — 13. 14. structuram illam c. D. ed. pr. v., illam structuram Vat. — 14. vero c. Vat. ed. pr. v., enim D. — 14. 15. multitudinem virorum magnam venientem c. Vat. ed. pr. v., venientem magnam multitudinem virorum D. — 15. eorum c. Vat. ed. pr. v., illorum D. — 16. eum c. Vat. ed. pr. v., illum D. —

eos, quos in ea aedificatione imperare videram, et eos omnes, qui aedificarunt turrim illam, et praeterea alios multos dignitosos. virgines vero illae, quae custodiebant turrim illam, accurrerunt osculari eum et prope eum coeperunt ambulare. ille autem tam diligenter considerabat structuram illam, ut singulos lapides pertractaret. qui etiam singulos virga, quam in manu tenebat, feriebat. ex quibus quidam cum essent percussi, nigri fiebant velut fuligo, quidam autem tamquam scabri, quidam scissuras habentes, quidam curti, quidam nec nigri nec albi, quidam asperi nec cum ceteris lapidibus convenientes, quidam plurimas maculas habentes. hae sunt varietates lapidum illorum, qui in structura illa non boni reperti sunt. iussit eos dominus omnes de turri deponi et iuxta eam relinqui et alios lapides afferri et loco eorum apponi. et interrogaverunt eum qui aedificabant, ex quo monte vellet afferri et reponi in locum eiectorum. de montibus quidem vetuit afferi, sed ex campo quodam, qui prope erat, iussit apportari. foderunt enim campum illum et invenerunt etiam lapides splen-

---

1. ea c. D. Vat., om. ed. pr. v. — videram c. ed. pr. v., om. D. Vat. — et eos omnes c. Vat. ed. pr. v., ut eos omnes D. — 2. aedificarunt c. Vat. ed. pr. Dress., edificaverunt D. Cot. — multos c. D. Vat. ed. pr., quamplures v. — 2. 3. dignitosos c. D. Vat. Mss. Angl., dignitate splendidos ed. pr., dignitate splendidos viros v. — 4. accurrerunt c. D. L. ed pr. v., accurrerent Vat. — osculari c. D. L. Vat., et osculatae sunt ed. pr. v. — prope eum (ἐγγὺς αὐτοῦ) c. ed. pr. v., prope D. Vat. — 5. structuram illam c. Vat. ed. pr. v., eam structuram D. — 6. pertractaret c. D. Vat. Mss. Angl., contrectaret ed. pr. v. — qui c. D. Vat. ed. pr., quin v. — 7. in manu tenebat (κρατῶν) c. Vat. ed. pr. v., manu gerebat L., in manu habebat D. — 8. fiebant velut fuligo c. Vat. ed. pr. v., velud fuligo fiebant D. — autem c. Vat. ed. pr. v., vero D. — 9. scissuras habentes c. D. Vat. ed. pr., quasi scissuras habentes v. — 9. 10. quidam nec nigri nec albi (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 10. asperi c. Vat. ed. pr. v., aspexi D. — 11. hae c. Vat. ed. pr. v., hec D. — 11. 12. varietates c. Vat. ed. pr. v., veritates D. — 12. illorum c. D. ed. pr. v., eorum Vat. — structa Vat. — boni c. D. Vat. Mss. Angl., idonei ed. pr. v. — 13. turre Vat. — iuxta eam c. Vat. ed. pr. v., iuxta D. — 14. apponi (ἐμβληθῆναι) c. Vat. ed. pr., reponi D. v. — 14. 15. interrogaverunt c. Vat. ed. pr. v., interrogabant D. — 17. prope erat c. D. ed. pr. v., erat prope Vat. — apportari c. D. Vat. Mss. Angl., afferri ed. pr. v. — 18. etiam

didos, quadratos, quosdam vero etiam rotundos. quicunque autem erant in eodem campo, omnes allati sunt et per portam transportati a virginibus illis; et qui ex eis quadrati erant deformati sunt et positi in loco eiectorum. at vero hi qui rotundi non sunt adiecti in structuram, quoniam et durum erat et tardum videbatur circumcidere eos, sed positi sunt circa turrim, tamquam futurum esset ut circumciderentur et in structuram irent; valde enim splendidi erant. [7] haec cum vidisset vir ille dignitosus et dominus totius turris, vocavit hunc pastorem et tradidit ei lapides, qui reprobati erant et positi circa turrim, et ait ad illum: „Communda diligenter lapides et pone in structuram turris, ut cum ceteris possint convenire, eos autem, qui non conveniunt, longe a turri proicies“. haec cum praecepisset ei, cum omnibus, cum quibus venerat ad turrim, abiit. virgines autem illae steterunt circa turrim custodientes eam. et dixi ad pastorem illum: „Quemadmodum possunt hi lapides in structuram eius turris, cum sint reprobati, redire“? et dixit mihi: „Ego quidem“, inquit, „de lapidibus istis maiorem partem circumcidam et adiciam in structuram, et convenient cum ceteris“. et dixi: „Quomodo, domine, possunt circumcisi eundem locum explere“? „Quicunque“,

---

c. D. Vat. ed. pr., om. v. — 1. etiam c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 2. eodem c. D. Vat., illo ed. pr. v. — illati L. — et per (καὶ διὰ) c. Vat. ed. pr. v., per D. L. — porta D. — 3. transportati c. D. Vat. ed. pr. v., translati L. — eis c. Vat. ed. pr. v., his D. — 3. 4. deformati c. D. L. Vat. Dress., formati ed. pr. v. — 4. at vero hi c. D., ac vero hi Vat., at vero ed. pr. v. — 5. et durum erat c. D. L. Vat., duri erant ed. pr. v. — 6. tardum c. D., tarde Vat., tardum esse L. ed. pr., longum esse v. — positi c. D. Vat. ed. pr., repositi v. — 8. irent c. D. Vat. Mss. Angl., mitterentur ed. pr. v. — 9. dignitosus c. D. Vat. Mss. Angl., dignitate praecipuus ed. pr. v. — 10. reprobati c. D. ed. pr. v., prolati Vat. — 11. comunda D. — lapides c. D. Vat., lapides hos ed. pr. v. — 12. pone c. D. L. Vat., apta ed. pr. v. — structuram c. D. ed. pr. v., structura L. Vat. — 16. Quemadmodum c. D. Vat., quonam modo ed. pr. v. — 17. hi lapides c. D. Vat., lapides hi ed. pr. v. — eius c. D., eiusdem Vat., huius ed. pr. v. — 17. 18. sint reprobati c. D. Vat., reprobati sint ed. pr. v. — 18. quidem, inquit c. D., quidem Vat. Dress., inquit ed. pr., om. Cot. — 20. convenient c. Vat. ed. pr. v., conveniunt D. — 21. explere c. D. Mss. Angl., implere Vat. ed. pr. v. —

inquit, „minores inventi fuerint, in mediam structuram ibunt, maiores vero deforis ponentur et continebunt eos“. haec cum dixisset mihi: „Eamus“, inquit, „et post triduum revertamur, et tunc mundatos hos lapides in structuram adiciam. ea enim quae sunt circa turrim commundari debent omnia, ne quando subito paterfamilias superveniat et immunda ea quae circa turrim sunt inveniat et ita asperetur, et hi lapides non eant in structuram turris huius, et ego negligens patrifamilias videar esse“.

post biduum autem cum venissemus ad eandem turrim, ait mihi: „Consideremus hos lapides omnes et videamus, qui ex eis possunt in structuram eam ire“. dico ei: „Consideremus, domine“. [8] primum omnium coepimus considerare eos, qni nigri fuerant. quales enim a structura depositi fuerant, tales sunt reperti. iussit eos a turre moveri et seorsum poni. deinde consideravit eos, qui scabrosi fuerant, et multos ex his circumcidi iussit et per virgines eos in structuram turris aptari. illae autem sublatos eos aptaverunt in media structura. reliquos autem iussit cum illis nigris poni; nam et hi evaserunt nigri. deinde considerabat eos, qui scissuras habebant, et ex

---

2. haec c. Vat. ed. pr. v., sed D. — 3. dixissem Vat. — 4. tunc mundatos c. D., commundos Vat., emundatos ed. pr. v. — in structuram adiciam c. D. ed. pr. v.; adiciam in structuram Vat. — 5. comundari D. — quando c. D. Vat. ed. pr., forte v. — 6. superveniat c. D. ed. pr. v., supervenerit Vat. — 7. asperetur (προσοχϑίσῃ) emend., exasperetur Mss. Angl., asperentur D. Vat., aspernetur ed. pr. v. — et hi lapides non eant (κατελεύσονται) emend., et hi lapides non sint D. (ut hii) L., et non sunt hic lapides Vat., et hi lapides non mittantur ed. pr. v. — 8. patrifamilias (τῷ δεσπότῃ) c. Cot., patrisfamilias L., paterfamilias ceteri codd. et. edd. —

10. biduum c. D. L. Vat., triduum ed. pr. v. — autem c. Vat. ed. pr. v., vero D. — eandem c. Vat. ed. pr. v., eam D. — 12. eis c. Vat. ed. pr. v., his D. — possunt c. Vat. ed. pr. v., possint D. — eam c. D. Vat., om. ed. pr. v. — ire c. D. Vat. ed. pr. v., convenire L. — 12. 13. Consideremus c. Vat. ed. pr. v., consideremus hos lapides D. — 14. fuerant c. Vat. ed. pr. v., erant D. — 15. turre c. D. Vat., turri ed. pr. v. — poni c. D. L. Vat., reponi ed. pr. v. — 16. fuerant c. Vat. ed. pr. v., erant D. — his c. D. Vat., eis ed. pr. v. — 19. poni c. D. Vat, reponi ed. pr. v. — 20. nigri c. Vat. ed. pr. v., om. D. —

his multos circumcidi iussit et per eas virgines adici in structuram. hi deforis positi sunt, quoniam integri inventi sunt. reliqui autem propter multitudinem scissurarum non potuerunt deformari. propterea proiecti sunt ab aedificatione turris. deinde considerabat eos, qui curti facti erant. multi ex his scissuras habuerunt et nigri evaserunt, alii vero scissuras magnas habentes. iussit eos poni cum his qui reiecti erant, reliquos autem commundatos et deformatos adici iussit in structuram, quos sublatos virgines illae in media structura aptaverunt; infirmiores enim erant. deinde considerabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri reperti fuerant. multi ex his nigri inventi sunt. iussit et eos transferri ad eos, qui reiecti erant. reliqui vero toti candidi inventi sunt. et hi sublati sunt a virginibus et aptati in eandem turrem. exteriores autem positi sunt, quoniam integri inventi sunt, ita ut possent continere eos, qui in medio instructi erant; nihil enim ex eis recisum est. deinde considerabat eos, qui duri et asperi fuerant. pauci

1. his c. D. Vat., illis ed. pr. v. — eas c. D. Vat., illas ed. pr. v. — 2. quoniam (ὅτι) c. L. Vat. ed. pr. v., qui D. — 4. deformari (λατομηθῆναι) c. L. Vat. Dress., reformari D., afformari ed. pr. v. — 5. facti c. Vat. ed. pr. v., fracti D. — his c. D. Vat., illis ed. pr. v. — 6. habuerunt c. Vat. ed. pr., habebant D. v. — evaserunt c. D. Vat. ed. pr., evaserant v. — alii vero c. Vat. ed. pr. v., alios autem D. — 6. 7. habentes c. D. L. Vat., habuerant ed. pr., habebant v. — 7. iussit eos poni cum his c. D. L. (iis) Vat. (hos), quos iussit apponi cum illis ed. pr. v. — reiecti c. D. Vat. ed. pr. Cot., eiecti Dress. — 8. commundatos c. D. (comundatos) ed. pr., commundos Vat. — deformatos c. L. Vat. Dress., reformatos D., afformatos ed. pr. v. — structuram c. Vat. ed. pr. v., structura D. — 9. sublatos c. D. ed. pr. v., oblatos Vat. — 11. autem c. D. ed. pr. v., quidem Vat. — reperti fuerant c. D. Vat. ed. pr., fuerant reperti v. — multi ex his c. D. Vat., et multi ex illis ed. pr. v. — 12. ad eos c. D. Vat., ad illos ed. pr. v. — 13. erant c. D. v., sunt ed. pr., om. Vat. — 14. in eandem turrem (εἰς τὴν οἰκοδομήν) c. D., in eadem turre Vat., in eadem turri ed. pr. v. — 15. quoniam integri inventi sunt c. C. D. L. Vat. Vict., qui integri inventi sunt v., om. ed. pr. — continere c. D. ed. pr. v., contineri Vat. — 16. instructi c. D. (structure al's instructi) L. Vat., constructi ed. pr. v. — ex eis c. D. L. Vat., eis ed. pr. v. — 17. considerabat c. Vat. ed. pr. v., consideravit D. — fuerant c. D. L., erant Vat., fuerunt ed pr. v. —

ex his abiecti sunt, quoniam non poterant circumcidi; valde enim duri reperti sunt. reliqui autem deformati sunt et in media structura a virginibus aptati; infirmiores enim erant. deinde considerabat qui maculas habebant, et ex his nigri pauci reperti sunt et hi ad ceteros adiecti sunt. qui vero superfuerant candidi et integri inventi sunt et hi a virginibus in structura aptati sunt et deforis positi propter fortitudinem suam. [9] venit deinde considerare eos lapides, qui candidi et rotundi erant, et ait mihi: „Quid faciemus de his lapidibus“? et ego dixi: „Domine, nescio“. „Nihil ergo excogitas de his“? „Ego“, inquam, „artem hanc, domine, non novi nec lapidarius sum nec possum intelligere quicquam“. et dixit: „Non vides eos valde rotundos esse? quodsi voluero eos quadratos redigere, multum mihi ex his recidendum est. sed necesse est aliquos ex his in structuram turris ire“. et dixi: „Si necesse est igitur, quid te tricas et non eligis, si quos habes eligere, et aptas in structuram illam“? et elegit quos vidit maximos et splendidissimos et deformavit eos, quos sublatos virgines illae in exterioribus partibus structurae posuerunt. reliqui vero qui superfuerunt repositi sunt in eodem campo, unde sumpti

1. ex c. D. ed. pr. v., ab Vat. — abiecti sunt (ἀπεβλήθησαν) c. C. D. L. Vat. Vict., adiecti sunt ed. pr. v. — 2. deformati c. D. Vat. Mss. Angl., formati ed. pr. v. — 4. considerabat c. D Vat., considerabat illos ed. pr. v. — 4. 5. ex his nigri pauci reperti sunt c. D. Vat., ex eis pauci nigri reperti sunt ed. pr., ex eis pauci reperti sunt nigri v. — 6. structura c. Vat. ed. pr. v., structuram D. — 8. considerare c. D. L. Vat., ut consideraret ed. pr. v. — 9. 10. et ego dixi — excogitas de his c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 10. ergo (οὖν) c. ed. pr. v., om. D. — 11. artem hanc, domine, non novi c. Vat. ed. pr. v., domine, artem hanc non novi D. — 13. esse c. ed. pr. v., esses Vat., eos D. — 14. multum c. D. Vat., plurimum ed. pr. v. — mihi ex his c. Vat. ed. pr. v., ex his mihi D. — 15. ire c. D. Vat. Mss. Angl., transire ed. pr. v. — 15. 16. igitur, quid te tricas (cf. gr.) c. L., igitur quid tetritas D., quid te tricas Vat., quid igitur tristaris B., quid igitur te implicas ed. pr. v. — 16. eligis c. Vat. ed. pr., elegis D., elig eligere Vat. — 17. elegit c. D. ed. pr. v., eligit Vat. — 18. deformavit c. D. L. Vat., efformavit ed. pr., afformavit v. — 20. eodem campo c. D. L. Vat. ed. pr., eundem campum v. —

fuerunt. abiecti vero non sunt. „Quoniam“, inquit, „adhuc exiguum deest huic turri, quod aedificandum erit. forsitan vult dominus eos lapides aptari in ea structura, quia valde candidi sunt“. vocatae deinde sunt mulieres speciosissimae duodecim nigra veste vestitae, incinctae et exertis humeris, capillis vero dissolutis. videbantur autem mihi hae mulieres agrestes esse. et iussit eas pastor ille tollere lapides eos, qui de structura abiecti erant, et eos referri in montes, unde ablati fuerant, et illae gaudentes sustulerunt omnes et reportaverunt eos, unde extracti fuerunt. postquam autem nullus lapis circa turrim iaceret, ait mihi: „Circumeamus hanc turrim et videamus, ne quid desit illi“. coepimus ergo circuire eam. et ut vidit eam decenter aedificatam, valde hilaris esse coepit; ita enim decenter aedificata fuerat, ut qui vidisset concupisceret structuram eius, quoniam quasi de uno lapide videbatur esse, nec alicubi commissura parebat, sed ex petra una videbatur exculpta.

[10] ego autem eiusmodi considerans bona valde laetus

---

1. fuerunt c. Vat. ed. pr., fuerant D., erant v. — Quoniam, inquit, adhuc c. Vat. ed. pr. v., quoniam quidem, inquit D. — 2. forsitan c. D. Vat., et forsitan ed. pr. v. — 3. eos c. D. Vat., hos ed. pr. v. — 3. 4. quia valde candidi sunt (ὅτι λαμπροί εἰσι λίαν) c. ed. pr. v., que valde candida est D. L. (qua?) Vat. — 4. deinde sunt c. D. Vat., sunt deinde ed. pr. v. — 5. incinctae et exertis c. Vat. ed. pr. v., intinctae et extis D. — 5. 6. capillis vero dissolutis c. D. Mss. Angl., capillis non dissolutis Vat., capillisque solutis ed. pr. v. — 6. hec mulieres D. — 7. tollerare Vat. — eos c. D. Vat., illos ed. pr. v. — 8. abiecti erant c. D. (sunt vel erant) L., eiecti erant Vat. ed. pr. v. — 8—10. et eos referri — extracti fuerunt (cf. gr.) c. ed. pr. v. (extracti fuerant), om. D. L. Vat. — 11. 12. ne quid c. D. Vat. Mss. Angl., numquid aliquid ed. pr. v. — 12. circuire c. D. ed. pr., circumire Vat. v. — 12. eam decenter c. Vat. ed. pr. v., decenter eam D. — 13. valde hilaris esse coepit c. D. Vat., coepit valde hilaris esse ed. pr. v. — 15. nec alicubi c. D. Vat. ed. pr., nec usquam v. — 16. parebat c. D. Vat., apparebat ed. pr. v. — ex petra una (μονόλιθος) c. v., ex petra illa D. L. Vat. ed. pr. —

17. eiusmodi considerans bona (τοιαῦτα ἀγαθὰ βλέπων) emend., eiusmodi considerans bene D. (eiusdemmodi) Vat. Mss. Angl., huiusmodi turrim attente considerans ed. pr. v. — laetus eram c. D. Vat.

eram. et ait mihi: „Affer calcem et testa minuta, ut formas eorum lapidum, qui sublati sunt de structura et iterum repositi, expleam. ea enim quae circa turrim sunt omnia aequari debent“. et feci, sicut iussit me, et attuli ad eum et ait mihi: „Praesto sis mihi, et cito hoc opus efficietur. complevit ergo formas lapidum eorum et iussit mundari circa turrim. tunc virgines illae apprehenderunt scopas et mundaverunt totum et sustulerunt stercus et sparserunt aquam, quo completo factus est locus hilaris et turris decora. ait deinde mihi: „Omnia commundata sunt. si venerit dominus hanc turrim consummare, nihil inveniet, quod de nobis queratur“. haec cum dixisset, volebat ire. at ego apprehendi peram eius et coepi rogare eum per dominum, ut mihi omnia quae ostenderat exolveret. ait mihi: „Habeo modicam occupationem, at omnia tibi exolvam. expecta me autem hic, dum venio“. dico ei: „Domine, quid hic solus faciam“? respondit: „Non es solus, omnes enim virgines tecum sunt“. et dixi: „Trade me, domine, ergo eis“. at ille vocavit illas et dixit eis: „Commendo vobis hunc, donec venio“. remansi igitur cum virginibus illis. illae autem

---

Mss. Angl., laetabar ed. pr. v. — 1. testa minuta (cf. Roensch. It. u. Vulg. p. 271) c. D. Vat., testas minutas ed. pr. v. — 2. eorum c. D. ed. pr. v., horum D. — et iterum repositi (cf. gr.) c. ed. pr. v., iterum repositos D. Vat., repositas L. — 4. me c. D. Vat., mihi ed. pr. v. — 5. sis mihi c. L. Vat., mihi sis D., assis michi inquit ed. pr., adsis mihi v. — efficietur c. D. Vat., perficietur ed. pr. v. — 6. lapidum eorum c. D. Vat., illorum lapidum ed. pr. v. — mundari c. Vat., mundare D., locum mundari ed. pr. v. — 7. illae c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 8. sustulerunt stercus c. Vat. (substulerunt) Mss. Angl., stercus sustulerunt D., sustulerunt excrementa ed. pr. v. — 9. hilaris c. D. Vat. Mss. Angl., delectabilis ed. pr. v. — 12. ire c. D. Vat., abire ed. pr. v. - at c. D. ed. pr. v., ac Vat. — 13. exolveret c. Vat. ed. pr. Ox., exoluerat D., explicaret v. — 14. hebeo D. — at c. Vat. ed. pr. v., et D. — 14. 15. exolvam c. D. Vat. ed. pr., explicabo v. — 15. me autem c. D. Vat., autem me ed. pr. v. — 17. domine, ergo c. Vat. ed. pr. v., ergo, domine D. — 18. at c. D. ed. pr. v., ac Vat. — vocavit c. Vat. ed. pr. v., vocat D. L. — illas c. Vat. ed. pr. v., eas D., om. L. — dicit D. — comendo D. —

hilares erant et affabiles mihi, praecipue tamen quatuor, quae ceteras praecedebant dignitate. [11] dicunt mihi deinde virgines illae: „Hodie pastor ille huc venturus non est“. et ego dixi: „Quid ergo ego faciam“? et dicunt mihi: „Usque in vesperam expecta eum. si venerit forsitan, loquetur tecum; sin minus, nobiscum, dum veniat, manebis“. dixi eis: „Expectabo eum usque ad vesperam. quodsi non venerit, domum ibo et revertar mane“. responderunt mihi: „Nobis consignatus es, non potes discedere a nobis“. et dixi: „Ubi manebo“? dicunt mihi: „Nobiscum enim dormies ut frater, non ut maritus. frater enim noster es, et de cetero tecum habitare paratae sumus; valde enim carum te habemus“. ego autem erubescebam cum eis manere. ea vero, quae ex illis prima videbatur esse, amplexata est me et osculari me coepit. ceterae vero cum vidissent me amplexum ab illa, et ipsae coeperunt me osculare et ducebant circa turrim et ludebant mecum. quaedam autem ex his psalmos cantabant, quaedam choros ducebant. ego autem circa turrim

4. ego faciam (ποιήσω ἐγώ) c. ed. pr. v., faciam D. Vat. — vesperam c. D. ed. pr. v., vespera Vat. — 5. eum c. D. Vat. ed. pr., om. v. — si venerit forsitan, loquetur tecum c. D. Vat. (forsan) Mss. Angl., si forsan venerit et loquetur tecum ed. pr. v. — sin minus c. D. ed. pr. v., si minus Vat. — 6. nobiscum, dum veniat c. Vat. ed. pr. v., dum veniat nobiscum D. — manebis c. D. Vat. v., moraberis ed. pr. Ox. — 8. consignatus c. D. Vat. Mss. Angl., assignatus ed. pr. v. — 9. discedere c. D. Mss. Angl., recedere Vat. ed. pr. v. — dixi c. Vat. ed. pr. v., dixi eis D. — 10. enim c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 11. de cetero c. D. ed. pr. v., de cetero enim Vat. — habitare paratae sumus c. D. Vat. ed. pr. v., habitaturae sumus B. — 12. carum te c. Vat. v., te carum D., carum te ipsum ed. pr. — 13. manere c. D. Vat. ed. pr. v., habitare L. — videbatur esse c. D. Vat., esse videbatur ed. pr. v. — 13. 14. amplexata est me c. D. Vat. (amplexa) ed. pr., amplexata me est v. — 15. amplexum c. D. Mss. Angl., amplexari Vat. ed. pr. v. — me osculare c. Vat., osculari D., me ut fratrem osculari ed. pr. v. — ducebant c. Vat. Mss. Angl. ed. pr., ducebant me D., ducere v. — 16. ludebant c. Vat. Mss. Angl. ed. pr., lucebant D., ludere v. — autem c. Vat. ed. pr. v., enim L., om. D. — his c. D. L., illis Vat. ed. pr. v. — 17. cantabant c. D. L., canebant Vat. ed. pr. v. —

silentio laetus cum eis ambulabam et videbar mihi veluti iuniorem esse factum. postquam vero vesper coepit esse, domum ire volebam. illae autem detinuerunt me et non permiserunt me ire. mansi eadem nocte cum eis ad eandem turrim. straverunt autem tunicas suas linteas in terram et me in medio collocaverunt nec quicquam aliud faciebant nisi orabant. sed et ego cum illis orabam sine intermissione nec minus quam illae. quae cum vidissent me orantem, magnum gaudium perceperunt. et fui cum eis ibi usque ad diem posterum. et cum adorassemus dominum, tunc venit pastor ille et ait ad illas: „Ne forte fecistis ei iniuriam“? et dixerunt ei: „Ipsum interroga“. dico ei: „Domine, magnam voluptatem percepi, quod mansi cum eis“. et dixit mihi: „Quid coenasti“? et dixi: „Coenavi, domine, tota nocte verba domini“. „Bene“, inquit, „te acceperunt“? et dixi: „Ita, domine“. „Numquid vis nunc audire“?

1. silentio c. D. Vat., in silentio ed. pr. v. — mihi c. D. ed. pr. v., in Vat. — 1. 2. veluti iuniorem esse factum c. D. L., velut iuniorem esse factus Vat., velut iunior essem factus ed. pr., iunior factus esse v. — 2. vesper coepit esse c. D. Vat. (om. esse), vesper esse coepit ed. pr., vespera esse coepit v. — 2. 3. domum c. D. Vat. Mss. Angl., domum repente ed. pr. v. — 3. ire c. D. Vat., abire ed. pr. v. — detinuerunt c. D. L. Vat. ed. pr., retinuerunt v. — 4. me ire c. L. Vat., ire D., me abire ed. pr. Cot. — mansi c. D. Vat., mansi ergo ed. pr. v. — eadem c. D. Vat., illa ed. pr. v. — ad eandem turrim c. D. Vat., ad eam turrim L., iuxta eandem turrim ed. pr. v. — 5. straverunt autem c. D. v., straverunt ergo ed. pr., straverunt Vat. — linteas c. Vat. v., lineas D. ed. pr. — 6. nisi c. D. Vat., nisi quod ipsae ed. pr., nisi quod v. — 6. 7. et ego c. D. v., ego Vat. ed. pr. — 7. orabam sine intermissione c. Vat. ed. pr., sine intermissione orabam D. v. — nec c. D. Vat., nec etiam ed. pr., neque v. — 8. vidissent me orantem c. Vat., vidissent orantem D., vidissent me sic orantem ed. pr., me sic orantem vidissent v. — magnum c. D. Vat., ingens ed. pr. v. — 9. et fui cum eis ibi c. D. Vat. (om. fui?), et cum eis illic fui ed. pr. v. — 10. dominum c. Vat. ed. pr. v., deum D. — 10. 11. Ne forte fecistis ei c. D. Vat. Mss. Angl. (om. ei?), nullam ei fecistis ed. pr. v. — 11. dixerunt ei c. Vat. ed. pr. v., dixerunt D. — 12. magnam voluptatem percepi c. D. Vat. (cepi) Mss. Angl., magna voluptas me cepit ed. pr. (coepit) v. — 14. verbum L. — 15. Ita c. D.

et dixi: „Ita, domine, primum, sicut te interrogavero, rogo ut sic mihi demonstres“. „Quemadmodum“, inquit, „vis, sic tibi exolvam nec quicquam te celabo“.

[12] „Primum omnium, domine, inquam, hoc mihi demonstra. petra haec et porta quid sunt“? „Audi“, inquit, „petra haec et porta filius dei est“. „Quemadmodum“, inquam, „domine, petra vetus est, porta autem nova“? „Audi“, inquit, „insipiens, et intellige. filius quidem dei omni creatura antiquior est, ita ut consilio fuerit patri suo constituendi eam creaturam. porta autem propterea nova est, quia in consummatione novissimis diebus apparuit, ut qui assecuturi sunt salutem per eam intrent in regnum dei. vidisti“, inquit, „eos lapides, qui per portam translati sunt, in structuram turris collocatos, ‚eos vero, qui non erant translati per portam, ab-

---

L. Vat., Bene ed. pr. v. — Numquid — Ita, domine om. L. — „Numquid vis nunc — sic mihi demonstres“ accurratius reddidit Pal.: „Ecce nunc, quid vis audire primum“? et ego dixi: „Sicuti ab initio mihi ostendisti, domine, sic rogo, ut quomodo rogavero, sic enunties mihi“. fort. apud vet. int. legendum est: „Nunc quid vis primum audire“? et dixi: „Sicut, domine, ab initio ostendisti, sicut te interrogavero, rogo, ut sic mihi demonstres“. — 1. Ita c. D. Vat., Volo ed. pr. v. — primum c. Vat., primum ut D., et primum ed. pr. v. — 2. mihi c. D. ed. pr. v., me Vat. — 2. 3. Quemadmodum, inquit, vis, sic tibi exolvam c. Vat. ed. pr. (exolvam etiam L.), Quemadmodum interrogaveris, sit tibi exolvam D., Quemadmodum vis, inquit, sic tibi rem explanabo v. — 3. te c. Vat. v., tibi ed. pr., om. D. —

4. inquam, hoc (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 6. Quemadmodum c. D. Vat., Quonam pacto ed. pr. v. — inquam (φημί) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 8. omni (πάσης) c. Vat. (ad oram a manu secunda) ed. pr. v., om. D. Vat. (pr. man.). — 9. ita ut consilio fuerit patri suo c. D. Vat., ita ut consilio patri suo fuerit ed. pr., ita ut in consilio patri suo adfuerit v. — 9. 10. constituendi eam creaturam (τῆς κτίσεως αὐτοῦ) c. B. (om. eam?), constituendo eam creaturam D. L. (om. eam?) Vat., condere creaturam ed. pr., ad condendam creaturam v. — 10. est c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 11. novissimis c. D. Vat., in novissimis ed. pr. v. — apparuit c. C. D. Vat. Mss. Angl. ed. pr., apparebit v. — 12. vidisti c. D. ed. pr. v., vidistis Vat. — 12. 13. eos lapides c. D. Vat., lapides illos ed. pr. v. — 13. structura ed. pr. — 14. collocatos c. D. Vat. ed. pr. v., collatos L. —

iectos in loco suo"? et dixi: „Vidi, domine". „Sic", inquit, „nemo intrabit in regnum dei, nisi qui acceperit nomen filii dei. si enim in civitatem aliquam volueris intrare, et civitas illa cincta fuerit muro et unam habuerit tantummodo portam, numquid poteris aliunde intrare in civitatem illam nisi per portam, quam habet"? „Et quemadmodum", inquam, „domine, aliter fieri potest"? „Sicut ergo", inquit, „in eandem urbem non potes aliter intrare quam per portam eius, ita nec in regnum dei potest aliquis intrare nisi per nomen filii eius, qui est ei carissimus". et dixit mihi: „Vidisti turbam eorum, qui aedificant turrim illam"? „Vidi", inquam, „domine". et dixit mihi: „Illi omnes nuncii sunt dignitosi. his igitur veluti muro cinctus est dominus. porta vero filius dei est, qui solus est accessus ad dominum. aliter ergo nemo intrabit ad dominum, nisi per filium eius. vidisti", inquit, „illos sex viros et in medio eorum honestum virum atque magnum, qui circa turrim ambulavit et lapides de structura reprobavit"? „Vidi",

1. in loco suo c. L. Vat., in suo loco D., in locum suum ed. pr. v. — 2. acceperit c. D. ed. pr. v., acceperint Vat. — 3. dei c. Vat. ed. pr. v., eius D. — 4. fuerit c. D. Vat. ed. pr., sit v. — habuerit c. Vat. ed. pr. v., habebat D. — tantummodo portam c. D. ed. pr. v., portam tantummodo Vat. — 5. poteris c. Vat. ed. pr. v., poteras D. — aliunde c. D. L. Vat. ed. pr. Dress., alia Cot. — in civitatem c. D., civitatem Vat. ed. pr. v. — 6. quemadmodum c. D. Vat., quonam modo ed. pr. v. — 7. inquit om. L. — eandem c. D. Vat., eandem L. — illam ed. pr. v. — 8. urbe L. — potes (δυνήσῃ) c. L., potest ceteri codd. et edd. — aliter c. D. L. Vat. ed. pr. Dress., om. Cot. — intrare c. D. L. Vat., intrari ed. pr. v. — 9. nec in regnum dei c. Vat. ed. pr. v., in regni dei non D. — aliquis intrare c. L., aliter intrare Vat., intrare quis D., aliter intrari ed. pr. v. — eius c. Vat. ed. pr. v., dei D. — 11. aedificant (cf. gr.) c. D., edificaverunt Vat., aedificabant ed. pr. v. — inquam c. Vat. ed. pr. v., inquit D. — 12. mihi c D. Vat. ed. pr., om. v. — Illi (ἐκεῖνοι) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — dignitosi c. D. Mss. Angl., dignosi Vat., dignitate venerandi ed. pr. v. — igitur c. Vat. ed. pr. v., vero D. — 12. 13. veluti muro cinctus est (περιτετείχισται) c. ed. pr. v. (velut), velut in muro cinctus est Vat., velud in muro civitatis est D. — 14. dominum c. D. Vat., deum ed. pr. v. — 14. 15. dominum c. D. Vat., deum ed. pr. v. — 16. honestum virum atque magnum c. D. Vat. (et magnum) Mss. Angl., praecelsum virum illum ac magnum ed. pr. v. — 17. reprobavit (ἀποδοκιμάσαντα) c. v., probavit ed. pr., portavit D. L. Vat. —

inquam, „domine“. „Ille“, inquit, „honestus filius dei est, et illi sex nuncii sunt dignitosi dextra laevaque eum continentes. ex his“, inquit, „dignitosis nunciis nemo sine hoc intrabit ad deum“. et dixit: „Quicunque ergo nomen eius non acceperit, non intrabit in regnum dei“. [13] et dixi: „Quid est deinde haec turris“? „Haec“, inquit, „ecclesia est“. „Et virgines hae quae sunt, domine“? et dixit: „Hae“, inquit, „spiritus sancti sunt; non aliter autem homo potest in regnum dei intrare, nisi hae induerint eum veste sua. etenim nihil tibi proderit accipere nomen filii dei, nisi etiam et vestem harum acceperis ab eis. hae enim virgines potestates sunt filii dei. itaque sine causa nomen portabis, nisi etiam et potestates eius tuleris“. et dixit: „Vidisti eos lapides, qui abiecti sunt? hi enim nomen quidem tulerunt, vestem autem harum non induerunt“. et dixi: „Quae est vestis earum, domine“? „Ipsa“, inquit, „no-

1. honestus c. D. Vat. Mss. Angl., praecelsus ed. pr. v. — 2. nuncii sunt dignitosi dextra laevaque eum continentes c. D. (om. sunt) Vat. (contenentes) Mss. Angl., nuntii sunt dignitate conspicui dextra laevaque eum circumstantes ed. pr. (angeli) v. — 3. ex his c. D. ed. pr. v., et his Vat. — dignitosis c. D. Vat. Mss. Angl., excellentibus ed. pr. v. — hoc c. D. Vat., eo ed. pr. v. — 3. 4. ad deum (πρὸς τὸν θεόν) c. ed. pr. v., ad dominum D., in regnum (punctis suppositis) ad domini Vat. — 5. „regnum dei“ in Vat. erasa sunt, sed transparent. — 7. et dixit c. Vat., et dixit mihi ed. pr. v., om. D. — 8. autem c. D. L., enim Vat. ed. pr. v. — 9. nisi hae induerint eum veste sua (ἐὰν μὴ αὗται ἐνδύσωσι τὸ ἔνδυμα αὐτῶν) c. ed. pr. v., nisi has induerit cum veste sua D. L. Vat. - 9. 10. tibi proderit c. D. Vat. ed. pr., proderit tibi v. — 10. etiam et c. Vat. ed. pr. v., etiam D. — harum c. D. Vat., earum ed. pr. v. — 11. hae enim c. D. Vat., hae namque ed. pr. v. — filii c. D. ed. pr. v., om. Vat. — itaque c. L., ita ceteri codd. et edd. — 11. 12. sine causa nomen portabis emend. (cf. gr. Pal. ae.), sine causa nomen portabit D. (portavit nomen) Vat. ed. pr. (nomen eius), sine causa quis portabit nomen L., frustra enim nomen eius portabit quis v. — 12. et c. L., om. ceteri codd. et edd. — tuleris emend. (cf. gr. Pal. ae.), tulerit D. Vat., induerit L., induerint B., portaverit ed. pr. v. — 13. dixit c. D. Vat., dixit mihi ed. pr. v. — eos lapides c. D. Vat., lapides illos ed. pr. v. — hi c. D. Vat., illi ed. pr. v. — 14. tulerunt c. D. Vat. Mss. Angl., portarunt ed. pr. v. — harum c. Vat., eorum D., illarum ed. pr. v. — 15. vectis D. — Ipsa, inquit, nomina vestis earum est c. D. (eorum) ed. pr. v., ipsa, inquit,

mina vestis earum est. quicunque ergo“, inquit, „nomen filii dei portat, harum quoque nomina portare debet. etenim quoque filius nomina portat earum. quoscunque“, inquit, „lapides vidisti in structura remansisse traditos per manus earum, earum potestate vestiti sunt. ideoque totam turrim vides cum petra velut ex uno lapide factam. sic quoque hi, qui crediderunt domino per filium eius, induti sunt hunc spiritum. ecce unus erit spiritus et unum corpus et unus color vestium eorum. sed et illi assequentur ista, qui tulerint nomina virginum harum“. et dixi: „Quare ergo, domine, abiecti sunt lapides, qui reprobati sunt, cum et ipsi per portam translati sunt et traditi per manus virginum harum in structuram huius turris“? „Quoniam“, inquit, „cura tibi est omnia diligenter inquirere, audi de his lapidibus, qui abiecti sunt. hi

---

nomen earum vestis est Vat., ipsum, inquit, nomen vestis earum est L. — 1. ergo, inquit c. Vat. ed. pr. v., igitur D. — filii (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 2. 3. etenim quoque filius c. D., etenim filius Vat., filius enim dei ipse L., nam et filius ed. pr. v. — 3. portat earum (τῶν παρθένων τούτων φορεῖ) c. ed. pr. v., portat L. Vat., fert D. — 4. remansisse c. D. ed. pr. v., remisisse Vat. — traditos per manus earum c. D. Vat., per manus harum traditos ed. pr. v. — 4. 5. earum c. D. ed. pr. v., harum Vat. — 5. ideoque c. Vat. ed. pr. v., ideoque eciam D. — 5. 6. totam turrim (turrem D.) vides cum petra velut ex uno lapide factam (βλέπεις τὸν πύργον μονόλιθον γεγονότα μετὰ τῆς πέτρας) c. D. (et velut) Vat. (et velut), totam turrim concolorem vides cum petra et velut ex uno lapide factam B. (consimilem) L. ed. pr. v. (concordem). — 6. hi c. D. Vat., ii ed. pr. v. — 7. domino (τῷ κυρίῳ) emend., dominum D. L. Vat., deo ed. pr. v. — induti sunt hunc spiritum (τὰ πνεύματα ταῦτα) c. D., induti sunt hoc spiritum Vat., hoc spiritu induti sunt L., induti sunt hoc spiritu ed. pr., induti sunt spiritum hunc v. — 8. color c. D. Vat. ed. pr. v., odor L. — 8. 9. eorum c. D. Vat. ed. pr. v., earum L. — 9. sed et c. Vat. ed. pr. v., sed D. — tulerint c. D. Vat. Mss. Angl., portaverint ed. pr. v. — 11. reprobati sunt c. Vat., reprobati erant D., reprobati fuerunt ed. pr. v. — et ipsi c. D. Vat. ed. pr., ipsi v. — per portam (διὰ τῆς πόλης) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 11. 12. translati sunt c. D. Vat., translati fuerint ed. pr. v. — 12. 13. huius turris c. D. Vat., turris huius ed. pr. v. — 13. cura tibi est c. Vat. ed. pr. v., est tibi cura D. — 14. his c. D. Vat., iis ed. pr. v. —

omnes nomen filii dei acceperunt, sed et potestatem virginum harum. his igitur spiritibus acceptis consummati sunt et in numero servorum dei redacti sunt, et unum corpus eorum coepit esse atque una vestis. ad eandem enim sentiebant aequitatem, quam pariter exercebant. at vero postquam viderunt mulieres illas, quas animadvertisti nigra veste vestitas, exertis humeris et dissolutis crinibus, concupierunt eas sollicitati pulchritudine earum et induti sunt potestate earum, virginum vero proiecerunt amictum. hi igitur abiecti sunt a domo dei et traditi mulieribus illis. at hi, qui non sunt corrupti pulchritudine earum, in domo dei remanserunt. habes", inquit, „horum lapidum, qui abiecti sunt, exolutionem". [14] et dixi: „Si qui ergo, domine, hominum, qui huiusmodi sunt, egerint poenitentiam et abiecerint cupiditatem mulierum earum et conversi redierint ad virgines et harum potestatem induerint, non intrabunt in domo dei"? „Intrabunt", inquit, „si abiecerint omnia opera mulierum illarum et harum virginum resumpserint potestatem et in operibus earum ambulaverint. et ideo intermissio facta est struendi, ut si hi egerint poenitentiam, adiciantur in structu-

1. filii dei c. ed. pr. v., dei filii Vat., filii D. — 2. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — consummati sunt c. D. Vat., consummati fuerunt ed. pr. v. — numero c. D. Vat. ed. pr. v., numerum Dress. — redacti sunt c. D. Vat., redacti ed. pr. v. — 3. coepit esse c. D. Vat. ed. pr., esse coepit v. — ad c. D. L. Vat., om. ed. pr. v. — 4. 5. quam pariter exercebant c. Vat. ed. pr. v., que pariter exercebantur D. — 5. at c. D. ed. pr. v., ac Vat. — 6. animadvertisti c. D. Vat., advertisti ed. pr. v. — dissolutis c. D. L. Vat., solutis ed. pr. v. — 7. concupierunt c. D. L. ed. pr., concuperunt Vat., concupiverunt v. — eas c. D., enim eas Vat. Mss. Angl., om. ed. pr. v. — solicitati pulchritudine D. Mss. Angl., sollicitari pulcritudinem Vat., solicitare illas ob pulcritudinem ed. pr. v. — 8. 9. amictum c. D. Vat. (erat: admictum) ed. pr. v., amicitiam L. — 10. at hi qui c. D. v., ac qui Vat., at ii qui ed. pr. — pulcritudine codd. et edd. — 11. inquit c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 12. exolutionem c. D. L. Vat. ed. pr., explicationem v. — dixi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — qui (cf. gr.) c. ed. pr. Dress., quis D. Vat., om. Cot. — 13. huius sunt D. — 14. earum c. D. Vat., illarum ed. pr. v. — 15. harum c. D. Vat., earum ed. pr. v. — non c. D. Vat., nonne ed. pr. v. — domo c. D. Vat., domum ed. pr. v. — 19. struendi c. Vat. ed. pr. v., astruendi D. — hi c. Vat. ed. pr. v., non D. — egerint poenitentiam — si au-

ram turris huius, si autem non egerint poenitentiam, alii struantur loco eorum, et hi tunc abiiciantur in totum". ad haec singula gratias egi domino, quod in omnes, in quibus invocatum est nomen eius, motus clementia miserit praesidem nuncium poenitentiae ad nos, qui delinquimus ei, et quod renovaverit spiritus nostros. iam enim defectos neque habentes spem salutis recreavit ad redintegrationem vitae". et dixi: „Nunc, domine, demonstra mihi, quare non in terra aedificatur turris, sed supra petram et portam"? „Quoniam", inquit, „insipiens es et sine intellectu, ideo interrogas". et dixi: „Necesse habeo, domine, omnia te interrogare, quoniam nihil omnino intelligo. responsa omnia enim magna et praeclara sunt et quae homines vix intelligere possunt". „Audi", inquit, „nomen filii dei magnum et immensum est, et totus sustentatur ab eo orbis. si ergo omnis dei creatura per filium eius sustinetur, cur non et eos sustineat, qui invitati sunt ab eo et nomen eius ferunt et in eius praeceptis ambulant? atque etiam vides", inquit, „quod sustinet eos, qui ex

---

tem non c. ed. pr. v., om. L. (habet: non) Vat. (propter homoeoteleuton). — adiciantur — egerint poenitentiam c. ed. pr. v., om. D. (propter homoeoteleuton). — 1. huius c. ed. pr., om. v. — 2. hi c. D. Vat., illi ed. pr. v. — totum c. D. L. Vat., toto ed. pr. v. — 3. singula c. D. L. Vat., omnia ed. pr. v. — egi c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 4. clementia c. Vat. ed. pr. v., misericordia D. — 5. nuncium c. D. ed. pr. v., nuncii Vat. — delinquimus c. Vat., deliquimus D. ed. pr. v. — 6. iam enim c. D. Vat., iam certe ed. pr. v. — defectos (κατεφθαρμένων) emend., defectus Vat., defecimus D., deficientes ed. pr. v. — 7. recreavit (ἀνενέωσε) emend., recreati D. Vat., recreatos Vict. Mss. Angl., nunc vero recreat ed. pr., nunc vero recreatos v. — reintegrationem Vat. — 9. turris c. D. ed. pr. v., haec turris v. — 10. es et sine intellectu c. D. Vat. ed. pr., et sine intellectu es v. — 12. nihil omnino c. Vat. ed. pr. v., omnino nihil D. — responsis L. — omnia enim c. D. L. Vat., enim omnia ed. pr. v. — 14. magnum c. D. ed. pr. v., magnum est Vat. — 15. sustentatur ab eo c. Vat. ed. pr., ab eo sustentatur D. v. — si (εἰ) c. ed. pr. v., sic D. L. Vat. — ergo c. D. L. Vat., ergo, inquam ed. pr. v. — 16. sustinetur c. D. Vat., sustentatur ed. pr. v. — non et eos c. D. v., et eos non Vat. ed. pr. — sustineat c. D. Vat. ed. pr., sustinet v. — 16. 17. invitati sunt ab eo c. ed. pr. v., mutati sunt ab eo Vat., ab eo invitati sunt D. — 17. eius praeceptis c. D. Vat. ed. pr., praeceptis eius v. — 18. atque c. D. L. Vat., nonne ed. pr.

totis praecordiis portant nomen eius. ipse igitur est fundamentum eorum et libenter portat eos, quoniam non negant nomen eius, sed libenter sustinent illud".

[15] et dixi: „Demonstra mihi, domine, nomina virginum harum et mulierum illarum, quae nigra veste sunt vestitae". „Audi", inquit, „nomina virginum, quae potentiores sunt, quae obtinuerunt angulos portae. haec sunt nomina earum: prima vocatur Fides, secunda Abstinentia, tertia Potestas, quarta Patientia. ceterae autem, quae inter has constiterunt, his nominibus vocantur: Simplicitas, Innocentia, Castitas, Hilaritas, Veritas, Intelligentia, Concordia, Caritas. quicunque itaque portant haec nomina et nomen filii dei, in regnum dei poterunt intrare. audi nunc mulierum nomina, quae nigra veste vestitae sunt. ex his quatuor potentiores sunt, quarum prima Perfidia, secunda Intemperantia, tertia Incredulitas, quarta Dulcedo nominatur. sequentes vero harum sic nominantur: Tristitia, Malitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Inflatio, Odium. hos spiritus qui portat dei servus regnum dei videbit quidem, sed non intrabit in illud". „Lapides vero, domine, illi, qui de profundo in structuram aptati sunt, qui

---

v. — inquit, quod c. D. Vat. ed. pr. v., eos quos L. — 1. igitur c. D. Vat. v., ergo ed. pr. — 1. 2. est fundamentum eorum c. Vat. ed. pr., fundamentum eorum est D., fundamentum est eorum v. — 2. quoniam c. D. L. Vat., qui ed. pr. v. — 3. libenter sustinent illud c. L. Dress., libenter sustinent illum D. Cot., sustinent eum libenter Vat., sustinent ipsum libenter ed. pr. —

5. vestitae c. D. Vat. Mss. Angl., indutae ed. pr. v. — 7. nominum earum c. C. D. L. Vat. Vict. ed. pr. Dress., om. Cot. — 9. inter has constiterunt c. D. L. Vat., intra has consistunt ed. pr. (infra) v. — 11. Veritas, Intelligentia c. D. ed. pr. v., et veritas. Intelligentia Vat. — 13. poterunt c. Vat. ed. pr. v., poterint D. — 14. vestitae c. codd. v., indutae ed. pr. (cf. l. 5). — ex his c. codd. ed. pr. v., et his Cot. — 16. Dulcedo c. D. Vat. (ad oram a sec. manu: voluptas) Mss. Angl., voluptas ed. pr. v. — 18. servus regnum c. D. ed. pr. v., servos in regnum Vat. — 19. videbit c. L. (videbit quidem et regnum dei videbit) Vat. ed. pr. v., videbunt D. — intrabit c. Vat. ed. pr. v., intrabunt D. — illud c. Vat. ed. pr. v., id D. — 20. domine, illi c. D., domine Vat., ii, domine ed. pr., illi, domine v. — structuram c. D. L. Vat., structura ed. pr. v. — apti L. — qui sunt

sunt“? „Decem“, inquit, „qui in fundamentis collocati sunt, primum seculum est. sequentes viginti quinque secundum seculum est iustorum virorum. illi autem triginta quinque prophetae domini ac ministri sunt. quadraginta vero apostoli et doctores sunt praedicationis filii dei“. et dixi: „Cur ergo, domine, virgines illae etiam hos lapides in structuram turris porrexerunt translatos per portam“? et dixit: „Hi enim primi spiritus eos portaverunt et omnino alius ab alio non recesserunt, nec spiritus ab hominibus, nec homines a spiritibus, sed iuncti fuerunt hi spiritus eis usque ad diem quietis, qui nisi hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles structurae huius turris“.

[16] et dixi: „Etiamnunc, domine, demonstra mihi“. „Quid quaeris“? inquit. „Quare“, inquam, „de profundo hi lapides ascenderunt et positi sunt in structura turris huius, cum iampridem portaverunt spiritus iustos“? „Necesse est“, inquit, „per aquam habeant ascendere, ut requiescant. non poterant enim in regnum dei aliter intrare, quam ut deponerent mor-

---

c. D. ed. pr. v., qui sunt, domine D. — 2. seculum c. D. Vat. (man. sec. ad oram) ed. pr. v., secundum Vat. (pr. m.). — 2. 3. seculum in Vat. ad oram a manu sec. — 3. est c. Vat. ed. pr. v., om. D. — iustorum c. D. ed. pr. v., sanctorum Vat. — virorum c. D. Vat. ed. pr. v., vivorum Vict. — quinque c. C. Vat. ed. pr. v. Ox., om. D. — 3. 4. prophetae domini ac ministri sunt (*προφῆται τοῦ θεοῦ καὶ διάκονοι αὐτοῦ*) c. ed. pr. v., prophetae domini ministri sunt L. (prophetarum) Vat., prophetae ministri domini sunt D. — 7. 8. hi enim primi spiritus eos portaverunt (*οὗτοι γάρ, φησί, πρῶτοι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐφόρεσαν*) c. edd. (illos), hi enim spiritus primi eos portaverunt D. Vat. (portaverunt eos). — 8 - 10. et omnino — iuncti fuerunt c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 8. non om. L. — 9. homines a spiritibus (*οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τῶν πνευμάτων*) c. ed. pr. v., a spiritibus homines D. — 10. eis c. D. ed. pr. v., eius Vat., eis hominibus Mss. Angl. — ad c. D. L. v., in Vat. ed. pr. — 11. hos spiritus c. D. ed. pr. v., hi spiritus hos spiritus L. Vat. — 12. huius turris c. D. Vat. ed. pr., turris huius v. —

15. ascenderunt c. D. ed. pr. v., ascenderant Vat. — structura c. D. ed. pr., structuram Vat. v. — turris huius c. Vat. ed. pr. v., huius turris D. — 16. portaverunt c. D. Vat., portaverint ed. pr. v. — 17. per aquam c. D. Vat., ut per aquam ed. pr. v. — habeant (*εἶχον*) c. Vat. ed. pr. v., hanc D. — 18. regnum c. Vat. ed. pr. v., regno D. —

talitatem prioris vitae. et hi igitur defuncti sigillo filii dei signati sunt et intraverunt in regnum dei. antequam enim nomen filii dei accipiat homo, morti destinatus est, at ubi accipit hoc sigillum, liberatur a morte et traditur vitae. hoc sigillum autem aqua est, in quam descendunt homines ablati morte, ascendunt vero vitae assignati. et illis igitur praedicatum est hoc sigillum, et usi sunt eo, ut intrent in regnum dei". et dixi: „Quare ergo, domine, et hi quadraginta lapides ascenderunt cum illis de profundo iam habentes hoc sigillum"? et dixit: „Quoniam hi apostoli et doctores, qui praedicaverunt nomen filii dei, cum habentes fidem eius et potestatem defuncti essent, praedicaverunt his qui ante obierunt et ipsi dederunt eis hoc sigillum. descenderunt igitur in aquam cum illis et iterum ascenderunt. sed hi vivi [descenderunt et iterum vivi] ascenderunt; at illi, qui fuerunt ante defuncti, mortui quidem descenderunt, sed vivi ascenderunt. per hos igitur vitam receperunt et cognoverunt filium dei. ideoque ascenderunt cum eis et convenerunt in structuram turris nec circumcisi, sed integri aedificati sunt, quoniam aequitate pleni cum summa castitate

1. et hi c. D. Vat., illi ed. pr. v. — sigillo fidei filii dei L. — 2. dei om. L. — 3. nomen filii dei accipiat homo c. D. Vat. (dei filii) ed. pr., accipiat homo nomen filii dei v. — at ubi (ὅταν δὲ) c. v., ac ubi ed. pr., et ubi D., ubi et Vat. — 3. 4. accipit c. D. Vat. ed. pr. v., ceperit L. — 4. hoc sigillum c. D. L. Vat., illud sigillum ed. pr. v. — liberatur a morte et traditur c. D. Vat. ed. pr. v., liberatus a morte traditur L. — 4. 5. hoc sigillum autem c. D. Vat., illud autem sigillum ed. pr. v. — 5. descendunt c. Vat. ed. pr. v., descenderunt D. — 5. 6. ablati morte (νεκροὶ) c. Vat., obligati morte D., morti obligati ed. pr. v. — 7. hoc c. D. Vat., illud ed. pr. v. — et usi c. Vat ed. pr. v., ut usi D. — intrent c. D. Vat., intrarent ed. pr. v. — 8. hi c. D. Vat., illi ed. pr. v. — 9. hoc c. Vat., illud ed. pr. v., om. D. — 11. fidem c. D. ed. pr. v., om. Vat. — et potestatem c. Vat. ed. pr. v., cum potestate D. — 12. qui praedicaverunt Vat. — his c. D. Vat., illis ed. pr. v. — 13. hoc c. D. Vat. Dress., illud ed. pr. v. — sigillum c. B. D. L. Vat. ed. pr. v., signum Cot. — 14. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — uncinis inclusa supplevi e gr. (ζῶντες κατέβησαν καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν), om. codd. et edd. propter homoeoteleuton. — 15. at illi c. D. ed. pr. v., ac alii Vat. — fuerunt c. Vat. ed. pr. v., fuerant D. — 17. ideoque c. Vat. ed. pr. v., et ideo D. — 19. cum c. D. Vat. ed. pr. v., in L. —

defuncti sunt, sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis. habes horum exolutionem.

[17] et dixi: „Nunc iterum, domine, et de montibus illis mihi demonstra, quare alia sint atque alia figura et varii“. „Audi“, inquit, „hi duodecim montes, quos vides, duodecim sunt gentes, quae totum obtinent orbem. praedicatus est ergo filius dei in eis per eos, quos ipse ad hos misit“. „Quare autem varii sunt et alia atque alia figura“? „Audi: hae duodecim gentes, quae totum obtinent orbem, duodecim nationes sunt, et sicut eos montes vidisti varios, ita et has gentes. sensus quoque et actus uniuscuiusque montis te docebo“. „Prius“, inquam, „domine, hoc mihi demonstra: cum sint tam varii hi montes, quemadmodum in structuram huius turris convenerunt, uno quoque rediguntur colore et non minus splendidi sunt quam qui ascenderunt de profundo“? „Quoniam“, inquit, „universae nationes, quae sub coelo sunt, audierunt et crediderunt, uno nomine filii dei vocati sunt. accepto igitur eius sigillo, eandem omnes prudentiam eundemque sensum

---

2. exolutionem c. D. L. Vat. ed. pr. Ox., explanationem v. — 3. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — 4. quare alia sint atque alia figura et varii (cf. gr.) c. D., quare varii et alii atque alia sunt figura Vat. ed. pr. v. — 7. filius dei in eis c. D. Vat., in eis filius dei ed. pr. v. — ad hos c. D. Vat., ad illos ed. pr. v. — 8. autem c. D. Vat. ed. pr., autem, inquam v. — atque c. D. ed. pr. v., et Vat. 9. obtinent c. Vat. ed. pr. v., obtinuerunt D. — 10. ita et c. D. ed. pr. v., et ita Vat. — hec gentes D. — 11. te (cf. gr.) c. v., om. D. Vat. ed. pr. — 12. hoc mihi c. D. ed. pr. v., om. Vat. — tam (οὕτω) c. ed. pr. v., tamquam D. Vat., tamquam aqua L. — 13. quemadmodum c. D. Vat., quonam pacto ed. pr. v. — structuram c. Vat. ed. pr. v., structura D. — 13. 14. convenerunt c. D. Vat. ed. pr., convenerint v. — 14. uno quoque c. D. Vat., unoque ed. pr. v. — rediguntur c. D. Vat., redacti ed. pr., redigantur v. — non minus c. D. ed. pr. v., non (lineola supposita) Vat. — 15. sunt c. D. Vat. ed. pr., sint v. — quam c. D. ed. pr. v., tam (manus sec. superscripsit) quam Vat. — de c. D. Vat., ex ed. pr. v. — 16. sub coelo sunt c. Vat. ed. pr. v., sunt sub celo D. — 17. uno c. D. Vat. ed. pr., et in Vict., et uno v. — filio Vat. — vocati sunt c. D. Vat. ed. pr. v., a quo vocati sunt Vict. — accepto c. Vat. ed. pr. v., accepti D. — 18. eandem c. Vat. ed. pr. v., et eandem D. —

acceperunt, et una fides atque caritas eorum, et spiritus virginum harum cum eius nomine ferebant. ideoque structura turris huius concolor videbatur et fulgebat usque ad solis claritatem. at vero postquam inter se consenserunt, unum corpus eorum coepit esse omnium. quidam enim ex his maculaverunt se et proiecti sunt de genere iustorum et iterum redierunt ad statum pristinum atque etiam deteriores potius evaserunt". [18] „Quemadmodum", inquam, „domine, deteriores, qui cognoverunt dominum"? et dixit: „Is quidem, qui non novit dominum, si nequiter vivit, manet in eum nequitiae suae poena. at is qui novit dominum abstinere omnino se debet ab omni nequitia et magis magisque servire bonitati. nonne ergo iste, qui bonitatem sequi debeat, si nequitiae praeferat partes, plus peccare videtur quam is, qui delinquit ignorans dei virtutem? ideoque hi morti quidem destinati sunt. at vero hi, qui cognoverunt deum atque eius mirabilia opera viderunt, si nequiter vivunt, duplicius punientur et hi morientur in aevo. sicut ergo vidisti, postquam eiecti sunt lapides de turre, qui reprobati

---

1. acceperunt (ἔσχον) c. Vat. ed. pr. v., receperunt D. — eorum c. D. Vat. ed. pr., eorum fuit v. — 2. harum c. D. ed. pr. v., earum Vat — 3. turris huius c. Vat. ed. pr. v., huius turris D. — 4. at c. D. ed. pr. v., ac Vat. — inter se consenserunt (cf. gr.) c. B., intra se senserunt L., inter se sentiunt D. Vat. (intra), ita senserunt ed. pr. v. — 5. enim ex his c. D., autem ex his Vat., tamen ex his ed. pr. v. (eis). — 6. iterum c. D. ed. pr. v., item Vat. — 7. potius c. D. Vat., quam potius L., quam prius ed. pr. v., om. B. — 8. Quemadmodum c. D. Vat., quomodo ed. pr. v. — domine (κύριε) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 10. in eum c. D. Vat., cum eo L., in eo ed. pr. v. — 11. is qui c. D., his quidem Vat., qui ed. pr. v. — novit dominum c. Vat. ed. pr. v., cognovit deum D. — abstinere omnino se c. D. Vat., abstinere omnino ed. pr., omnino abstinere Cot. — 12. iste c. D. Vat., ille ed. pr. v. — 13. debeat c. D. Vat. ed. pr., debebat v. — si nequitiae c. D. ed. pr. v., nequitie se Vat. — 14. delinquit c. D. Vat. ed. pr., deliquit v. — 15. hi morti quidem c. D., hi morti Vat., hi quidem morti ed. pr. v. — at c. D. ed. pr. v., ac Vat. — 16. deum (τὸν θεὸν) c. D., dominum Vat. ed. pr. v. — mirabilia opera (μεγαλεῖα) c. v., mirabilia et opera D. ed. pr., miracula et opera Vat. — 17. duplicius c. D. L. Vat., duplo amplius ed. pr. v. — hi c. D. Vat. ed. pr., ipsi v. — aevo c. D. Vat., aevum ed. pr. v. — sicut c. Vat. ed. pr. v., sic D. — 18. turre c. D. Vat. ed. pr., turri v. —

erant traditi sunt spiritibus perniciosis atque saevis, et ita purificatam eam turrim, ut crederetur ex uno lapide esse tota: ita et ecclesia dei cum purificata fuerit, eiectis ex ea malis atque fictis et scelestis et dubiis et quicunque nequiter in ea gesserunt variis nequitiae peccatorum generibus, et erit unum corpus eius, unus intellectus, unus sensus, una fides eademque caritas. et tunc filius dei laetabitur inter illos et percipiet voluptatem puro recepto populo suo".

et dixi: „Magnifice et honeste, domine, se habent cuncta. nunc mihi demonstra effectum et vim uniuscuiusque montis, ut omnis anima fidens in domino auditis his honoret magnum ac mirabile nomen eius". „Audi", inquit, varietatem horum montium, id est duodecim gentium. [19] de primo monte nigro qui crediderunt transfugae sunt ac nefanda in dominum loquentes et traditores servorum dei. his proposita mors est, poenitentia non est. ideoque nigri sunt, quia genus eorum scelestum est. de secundo vero monte glabroso ficti sunt qui

---

1. 2. et ita purificatam eam turrim c. D., atque purificatam ita eam turrim Vat. (vidisti om. etiam L.), et ita purificatam turrim vidisti ed. pr. v. — 2. credetur Vat. — 4. et scelestis c. D. Vat. ed. pr., scelestis v. — 5. gesserunt c. D. Vat. ed. pr., se gesserunt ac v. — et erit c. D. Vat., erit ed. pr. v. — unum (ἓν) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 7. laetabitur c. D. Vat. ed. pr. v., laudabitur L. — 7. 8. et percipiet voluptatem puro recepto populo suo (καὶ εὐφρανθήσεται ἐν αὐτοῖς ἀπειληφὼς τὸν λαὸν αὐτοῦ καθαρὸν) emend., et recipiet voluptatem puram recepto populo suo B., et recipiet voluntatem puram populo suo D. L. Vat., et recipiet voluntate pura populum suum ed. pr. v., et percipiet voluptatem ex recepto puro populo suo Pal. —

9. Magnifice et honeste, domine c. D. (honeste etiam L.), Magnifice et honorifice, domine Vat., Domine, magnifice et honorifice ed. pr. v. — se habent c. Vat. ed. pr. v., sic se habent D. — 11. fidens in domino c. Vat. ed. pr., in domino fidens D. v. — 12. mirabile c. D. Vat., mirabile et sanctum ed. pr. v. — varietatem c. C. D. Vict. Mss. Angl. Dress., veritatem Vat. ed. pr. v. — 13. de primo c. Dress., primo de ed. pr., primo D. Vat., in primo Cot. — 14. dominum c. D. ed. pr. v., domino Vat. — 15. traditores c. D. L. Vat. ed. pr., proditores v. — his c. D. Vat., illis ed. pr. v. — 17. glabroso (τοῦ ψιλοῦ, cf. c. 1. p. 115, 8) c. v., scabroso D. L. Vict. ed. pr., scabioso Vat. — ficti c. Vat. ed. pr. v., inventi D. —

crediderunt et sunt doctores nequitiae. et hi proximi sunt superioribus non habentes inter se fructum aequitatis. sicut enim mons eorum sterilis ac sine fructu, ita et huiusmodi homines habent quidem nomen, fide vero inanes sunt, neque est in eis ullus fructus veritatis. his tamen data est poenitentia, si cito eam sequuntur, sin autem tardantur, erunt et hi mortis priorum consortes". „Quare", inquam, „domine, his quidem aditus est ad poenitentiam, prioribus vero non est? paene enim eorum eadem admissa sunt". „Ideo", inquit, „est his poenitentiae regressus ad vitam, quia nihil in dominum suum locuti sunt nefandum neque proditores servorum dei fuerunt, sed per quandam accipiendi cupiditatem fefellerunt homines, docentes eos secundum desideria peccantium. ideo dabunt quandam eius rei poenam. sed tamen his proposita poenitentia est, quia nihil in dominum suum dixerunt nefandum. [20] de tertio vero monte, qui spinas et tribulos habebat, tales sunt. qui crediderunt, divites quidam, quidam autem plurimis obstricti negotiis. tribuli enim divitiae sunt, spinae autem qui multis

---

1. sunt doctores c. Vat. ed. pr., doctores sunt D. v. — 3. mons eorum (τὸ ὄρος αὐτῶν) c. ed. pr. v., mons D., eorum L. Vat. — sterilis c. L. Vat. ed. pr. Ox., sceleris D., sterilis est v. — huiusmodi c. Vat. ed. pr. v., eiusmodi D. — 5. si c. Vat. ed. pr. v., sed D. — 6. sequuntur c. Vat. ed. pr. v., sequentur D. — tardantur c. D. Vat., tardant ed. pr. v. — hi c. D. Vat. ed. pr., ipsi v. — 7. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 8. aditus est ad poenitentiam c. Vat. ed. pr. v., ad poenitentiam aditus est D. — 9. eorum eadem admissa sunt c. Vat. ed. pr. v. (sunt admissa), eadem sunt admissa eorum D. — 9. 10. poenitentiae c. D. L. Vat., per poenitentiam ed. pr. v. — 10. quia c. C. D. Vat. Vict. ed. pr. Dress., qui Cot. — dominum (cf. gr.) c. Vat. ed. pr. v., deum D. — 12. accipiendi c. D. Mss. Angl., habendi v., om. Vat. — 12. 13. docentes (ἐδίδαξεν) emend., ducentes codd. et edd. — 13. desideria c. B. D. Vat. ed. pr., cupiditates v. — 14. tamen (δὲ) c. ed. pr. v., tormenti D. L. Vat. — poenitentia est c. D. Vat., est poenitentia ed. pr. v. — 15. dominum c. Vat. ed. pr. v., deum D. — 16. habebat c. Vat. ed. pr. v., habebant D. — tales al's omnes D. — 17. 18. divites quidam, quidam autem plurimis obstricti negotiis (οἱ μὲν πλούσιοι, οἱ δὲ πραγματείαις πολλαῖς ἐμπεφυρμένοι) c. v., divites quidem, qui plurimis obstricti sunt negotiis L. (quidam?) Vat. ed. pr., qui divites qui plurimis obstricti sunt negotiis D. — 17. autem c. D. Vat. ed. pr., vero v. — 18. qui multis c. D. Vat. v., quae multis ed. pr. —

obligati sunt negotiis. hi vero, qui plurimis obligati sunt negotiis variisque rebus, non adiungunt se dei servis, sed aberrant ab his negotiis vocati, a quibus suffocantur. etiam et hi, qui divites sunt, et ipsi difficile se ad conversationem dei servorum praebent metuentes, ne aliquid poscatur ab illis. hi ergo difficile in regnum dei intrabunt. sicut enim pedibus excalceatis difficile in tribulis ambulatur, sic et huiusmodi homines difficile est in regnum dei intrare. sed et his omnibus datur ad poenitentiam regressus, si tamen cito redierint ad illam, ut, quod prioribus diebus cessaverunt ab opere, repetito tempore aliquid boni nunc facere possint. acta igitur poenitentia si fecerint opera bonitatis, vivent; sin autem in admissis suis permanserint, tradentur mulieribus illis, quae eis auferent vitam. [21] de quarto vero monte habente plurimam herbam, quarum superior pars viridis erat, ipsae vero radices aridae erant, quaedam etiam a solis calore tactae arescebant, huiusmodi sunt: quidam dubii, qui crediderunt, alii in labiis dominum, non in corde ferentes. ideoque aridae sunt et nulla

1. 2. hi vero — negotiis c. Vat. ed. pr. v., om. D. (propter homoeoteleuton). — 1. hi c. D. Vat. v., ii Mss. Angl. ed. pr. — vero c. Vat. Mss. Angl. ed. pr., ergo v. — 2. dei servis c. D. Vat., servis dei ed. pr. v. — 3. vocati c. D. Vat. Mss. Angl., revocati ed. pr. v. — 4. et ipsi c. D. Vat., ipsi ed. pr. v. — difficile c. D. Vat. ed. pr., difficiles v. — conversationem c. D. Vat. v., conversionem Mss. Angl. ed. pr. — 4. 5. dei servorum c. D. Vat., servorum dei ed. pr. v. — 5. aliquid c. D. Vat. ed. pr., quid v. — 6. regnum c. Vat. ed. pr. v., regno D. — 6. 7. pedibus excalceatis difficile c. Vat. ed. pr. (excalciatis), excalceatis difficile pedibus D., excalceatis pedibus difficile v. — 7. sic et c. D. ed. pr. v., sic Vat. — 8. his c. D. Vat., eis ed. pr. v. — 10. quod (ὅ) c. D. Vat., quo ed. pr., quia v. — cessaverunt c. ed. pr. v., cessarunt D., cessaverint Vat. — 11. nunc c. D. Vat. ed. pr., om. v. — 12. in admissis c. D. ed. pr. v., non admissis Vat. — 13. mulieribus illis c. D. ed. pr. v., illis mulieribus Vat. — 15. quarum c. D. Vat., cuius ed. pr. v. — 16. erant c. D. Vat. ed. pr., om. v. — etiam c. D. ed. pr. v., vero Vat. — calore c. D. Vat. Mss. Angl., ardore ed. pr. v. — 17. alii c. D. Vat., et quidam alii ed. pr. v. — 17. 18. dominum (τὸν κύριον) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 18. ferentes c. Vat. ed. pr. v., gerentes D. — aridae c. Vat. ed. pr. v., arida D. — nulla fundamenta c. D.

fundamenta habentes herbae eorum. verbis tantummodo vivunt, opera vero eorum mortua sunt. hi ergo nec mortui sunt nec vivi et dubii similiter sunt. et ipsi dubii nec virides sunt nec aridi id est nec vivi nec mortui. sicut enim herbae eorum sole viso aruerunt, ita et dubii simul audientes persecutionem et incommoda metuentes redierunt ad simulacra rursus et servierunt eis et erubuerunt domini sui ferre nomen. huiusmodi ergo homines nec vivi nec mortui sunt. sed et hi possunt vivere, si cito egerint poenitentiam; sin minus, iam traditi sunt mulieribus illis, quae auferent vitam eorum. [22] de quinto vero monte aspero et virides herbas habente huiusmodi sunt qui crediderunt, fideles quidem, sed difficile discentes et audaces ac sibi placentes, volentes cuncta scire nihilque omnino scientes. propter hanc igitur audaciam sensus discessit ab eis, et intravit in eis fatua praesumptio. sublimes autem se gerunt et veluti prudentes, et cum sint stulti, cupiunt doctores videri. propter hanc stultitiam, dum se magnificant, multi eorum exinaniti sunt. magnum enim daemonium est audacia et con-

---

Vat. Mss. Angl. ed. pr.. nullum fundamentum v. — 1. verbis c. D., verbis vero Vat., verbis enim ed. pr. v. — 2. vero c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 2. 3. nec mortui sunt nec vivi c. Vat. ed. pr. v., mortui sunt nec nec vivi D. — 3. et dubii c. Vat. ed. pr. v., dubii D. — et ipsi c. D. Vat., ipsi enim ed. pr. v. — 3. 4. nec aridi c. D. Vat., neque aridi ed. pr. v. — 5. et dubii c. Vat. ed. pr. v., dubii D. — simul c. Vat., simulac D. (ut videtur), simul ut ed. pr. v. — 5. 6. simul audientes persecutionem et incommoda c. D. L. Vat. (om. simul), simul ut audierunt persecutionem, incommoda ed. pr. v. — 6. rursus et c. D. Vat., et rursus ed. pr. v., — 7. ferre nomen c. D. ed. pr. v., nomen ferre Vat. — 9. iam c. D. ed. pr. v., om. Vat. — 10. illis c. D. ed. pr., om. Vat. — 11. huiusmodi c. Vat. ed. pr. v., hii D. — 12. difficile discentes (cf. Pal.) emend., difficile credentes codd. et edd. — 13. volentes (cf. gr.) c. L., volentes videri D. ed. pr. v., volentes vendere cuncta scidaces (ad oram man. sec.: scrutantes) Vat. — nihilque c. D. ed. pr. v., nihil enim Vat. — 14. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — ab eis c. D. Vat. ed. pr., ab illis v. — 15. in eis c. D. Vat., in eos ed. pr. v. — fatua praesumptio c. B. D. L. Vat. (fatuta Mss. Angl.), temeraria praesumptio ed. pr., temeraria arrogantia v. — 18. exinati D. — enim c. D. ed. pr. v., om. Vat. —

fidentia inanis. ex his igitur multi abiecti sunt. alii autem agnito errore suo poenitentiam egerunt et subdiderunt se habentibus sensum. sed et ceteris horum similibus proposita est poenitentia; neque enim mali fuerunt, insipientes vero potius et stulti. hi ergo si egerint poenitentiam, vivent deo; sin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quae nequitias suas exercent in eis. [23] de sexto vero monte habente scissuras maiores et minores huiusmodi sunt qui crediderunt. et hi, in quibus scissurae minores erant, hi sunt qui inter se habent lites et propter querelas suas in fide languent. sed multi ex his egerunt poenitentiam, idemque ceteri facient auditis mandatis meis; exiguae enim sunt lites eorum, ac facile ad poenitentiam recurrent. at hi, qui maiores habent, sicut lapides pertinaces erunt in simultatibus et offensarum sunt memores iracundiam inter se exercentes. hi ergo abiecti sunt a turre et a structura eius reprobati. huiusmodi ergo homines difficile vivent. deus et dominus noster, qui dominatur omnium rerum et creaturae suae universae habet potestatem, offensas meminisse non vult, sed ab his, qui peccata sua confitentur, facile placatur. homo vero cum sit languidus, mortalis, infirmus et repletus peccatis, homini perseveranter irascitur, tamquam conservare eum possit aut perdere. ego autem moneo vos, nuncius et praepositus poenitentiae, ut quicunque propositum tale habetis deponatis

---

1. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — 2. agnito c. D. Vat. ed. pr. v., cognito Mss. Angl. — 4. insipientes vero c. D. Vat., sed insipientes ed. pr. v. — 7. exercent c. D. Vat. Mss. Angl., exercebunt ed. pr. v. — de sexto c. Vat. ed. pr. v., sexto D. — 8. hi c. Vat. ed. pr. v., his D. — 9. quibus c. D. ed. pr. v., quos D. — scissurae minores (cf. gr.) c. v., minores scissure D., scissure maiores Vat. ed. pr. — 10. his c. D. Vat. ed. pr., iis v. — 11. idemque (cf. gr.) c. ed. pr. v., ideoque D. L. Vat. — facient (cf. gr.) c. ed. pr. v., faciunt D. L. Vat. — 13. recurrent (cf. gr.) c. ed. pr. v., recurrunt D. L. Vat. — at hi c. D. v., ac hi Vat., at ii ed. pr. — 14. in simultatibus (ταῖς καταλαλίαις αὐτῶν) c. ed. pr., simultatum v., om. D. L. Vat. — 15. turre c. D. Vat., turri ed. pr. v. — 16. vivent (ζήσονται) c. v., vivunt D. Vat. ed. pr. — 17. dominatur c. D. ed. pr. v., dominator Vat. — 18. habent L. — 20. infirmus c. Vat. ed. pr. v., et infirmus D. — 21. possit c. D. ed. pr. v., posset Vat. — 22. moneo vos c. D. Vat., vos moneo ed. pr. v. — 23. tale c. Vat. ed. pr. v., illud D., huiusmodi L. —

illud et ad poenitentiam recurratis, et dominus remediabit priora vestra delicta, si ab hoc daemonio vos purificaveritis; sin minus, ad mortem trademini illi. [24] de monte vero septimo, in quo virides et hilares erant herbae, et totus mons fertilis erat, omneque genus pecudum [volucresque caeli] carpebant pabulum ex herbis eiusdem montis, et quantum herbae illae carpebantur, tantum laetiores recrescebant, huiusmodi sunt qui crediderunt, simplices et boni semper et nullas habentes inter se dissensiones, sed laetantes semper de servis dei, induti spiritum virginum harum et semper in omnibus hominibus ad faciendam misericordiam prompti et de laboribus suis cunctis hominibus facile tribuentes sine improperio et deliberatione. visa igitur dominus simplicitate et omni infantia eorum auxit eos in laboribus manuum suarum et dedit eis in omni opere gratiam. ego autem hortor vos, praepositus poenitentiae nuncius, in eodem proposito permanere, quicunque estis huiusmodi, ne eradicetur semen vestrum in aevum. dominus enim vos probavit et conscripsit in nostrum numerum, et omne genus vestrum cum filio dei habitabit; de spiritu enim eius estis omnes. [25] de octavo vero monte, in quo erant plurimi

1. 2. remediabit priora vestra delicta c. D. Vat. Mss. Angl. (delicta vestra), remedia providebit prioribus delictis vestris ed. pr., medebitur prioribus delictis vestris v. — 2. purificaveritis c. D. ed. pr. v., liberaveritis Vat. — 3. sin minus c. D. ed. pr. v., si minus Vat. — trademini c. D. ed. pr. v., tradimini Vat. — 5. [volucresque caeli] supplevi e Pal., cf. gr. aeth., om. codd. et edd. — carpebant c. D. v., carpebat Vat. ed. pr. — 6. babulum D. — eiusdem montis c. D. Vat., montis eiusdem v., montis illius ed. pr. — quantum c. D. Vat. ed. pr., quanto magis v. — 7. tantum c. D. Vat., tanto ed. pr. v. — recrescebant c. D. Mss. Angl., crescebant Vat., revirebant ed. pr. v. — 10. 11. omnibus hominibus c. D. L. Vat. ed. pr., omnes homines v. — 15. opere c. D. Vat. ed. pr. v., tempore L. — 16. nuncius c. Vat. ed. pr. v., et nuncius D. — proposito permanere c. Vat. ed. pr. v., permanere proposito D. — 19. genus c. D. L. Vat., semen ed. pr. v. — habitabit (κατοικήσει) c. B. L. v., deputavit Vict., ditavit Cot., om. D. Vat. ed. pr. — spiritu c. D. v., spiriti (reliquis litteris erasis, i. e. spiritibus?) Vat., spiritibus ed. pr. — enim (γὰρ) c. v., om. D. L. Vat. ed. pr. — 20. erant plurimi c. Vat. ed. pr., plurimi erant D. v. —

fontes, ex quibus adaquabatur omne genus creaturae dei, tales sunt qui crediderunt: apostoli, quos misit dominus in totum orbem praedicare, et quidam doctores, qui caste et severe praedicaverunt ac docuerunt nec quicquam omnino subripuerunt malae cupiditati, sed assidue in aequitate et veritate ambulaverunt. hi ergo inter angelos conversationem habent. [26] de nono vero monte deserto ac serpentes habente huiusmodi sunt qui crediderunt: qui et maculas habebant. hi sunt ministri male ministerium agentes, diripientes viduarum bona et pupillorum, ipsis aliquid ex eo ministerio, quod acceperunt ministrantes. si permanserint in eadem cupiditate, morti se tradiderunt, nec ulla erit in eis spes vitae. quodsi conversi fuerint et caste consummaverint ministerium suum, poterunt vivere. qui vero scabrosi reperti sunt, ii sunt qui nomen domini abnegaverunt nec ad dominum rursus redierunt, sed agrestes

---

1. ex (ἐκ) c. D. L., in Vat. ed. pr. v. — creaturae dei c. Vat. ed. pr. v., dei creature D. — 2. apostoli (ἀπόστολοι) c. D., apostolis Vat. ed. pr. v. — 3. qui (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. Vat. Mss. Angl. — caste et severe (σεμνῶς καὶ ἁγνῶς) c. D. Vat., caste et sincere ed. pr. v. — 4. ac c. D. ed. pr. v., et Vat. — 4. 5. nec quicquam omnino subripuerunt malae cupiditati (μηδὲν ὅλως νοσφισάμενοι εἰς ἐπιθυμίαν πονηράν) emend., nec quicquam omnino subscripserunt malae cupiditati codd. et edd. — in aequitate et veritate (ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ) c. ed. pr. v., in veritate D. L. Vat. — 7. vero c. D. Vat., autem v. (porro de nono monte ed. pr.). — serpentes habente c. D. Vat. ed. pr. v., serpentibus habitato B. — 8. qui et c. Vat. Mss. Angl., et qui D., sed qui ed. pr. v. — 9. male ministerium agentes c. Vat. ed. pr. v., ministerium male habentes al's agentes D. — diripuentes Vat. — 10. 11. ipsis aliquid ex eo ministerio, quod acceperunt, ministrantes (ἑαυτοῖς περιποιησάμενοι ἐκ τῆς διακονίας ἧς ἔλαβον διακονήσαντες) emend., in se alios ex eo ministerio quod acceperunt ministrare D. Vat. (ex eo in ministerio), sibi alios ex ministerio quod acceperunt ministrare cogentes L., in se et alios ex iis quae acceperunt ministrantes ed. pr., sibi non aliis ex his quae acceperunt ministrantes v. — 11. si c. D. L. Vat. ed. pr., hi si v. — 12. erit in eis c. Vat. ed. pr. v., in eis erit D. — 13. consumaverint D. — 14. reperti sunt c. D. ed. pr. v., reperti fuerint Vat. — 14. 15. ii sunt qui nomen domini abnegaverunt (οὗτοι οἱ ἀρνησάμενοί εἰσι) c. ed. pr. v., om. D. L. (om. etiam nec) Vat. — 15. dominum (τὸν κύριον) c.

evaserunt atque deserti, nec applicantes se ad dei servos, sed separati ab eis pro prava sollicitudine vitam suam amiserunt. sicut enim vitis aliqua derelicta in sepe, cui nulla cultura contingit, disperit ac suffocatur ab herbis et agrestis tempore efficitur — desinit utique utilis esse domino suo —, sic et huiusmodi homines de se ipsis despondentes exacerbati domino suo inutiles esse coeperunt. his ergo demandatur poenitentia, si non ex praecordiis inventi fuerint denegasse; quodsi quis ex praecordiis inventus fuerit negasse, an vitam assequi possit, ignoro. ideoque dico, ut in his diebus inficiatus aliquis ad poenitentiam revertatur. non potest enim fieri, ut nunc dominum suum quis abnegans postea assequi possit salutem, sed illis reputatur proposita poenitentia, qui olim negaverunt. accelerare enim qui acturus est poenitentiam debet, antequam peragatur aedificatio turris huius; sin minus, a mulieribus illis trahetur ad mortem. qui vero curti, dolosi sunt et alius in alium convi-

---

ed. pr. v., deum D. Vat. — agrestes evaserunt (χερσωθέντες) c. ed. pr. v., evaserunt D. Vat. — 1. nec applicantes c. Vat. ed. pr., non applicant D., non applicantes v. — 2. prava c. D. Vat. ed. pr. Dress., parva Cot. — solicitudine D. — amiserunt c. D. ed. pr. v., admiserunt Vat. — 4. ac c. D. Vat. ed. pr. Dress., et Cot. — 5. utique c. D. Vat., enim ed. pr. v. — 6. ipsis c. D. ed. pr. v., ipso Vat. — despondentes c. B. D. Vat., desperantes ed. pr. v. — 7. demandatur (γίνεται) c. Vat. ed. pr. Cot., demum datur D. Vict. Mss. Angl. Dress. — 8. si c. Vat. ed. pr. v., sed D. — inventi fuerint c. C. Vict. Mss. Angl. ed. pr. v., inventus fuerit Vat., reperti fuerint D. — 8. 9. quodsi quis ex praecordiis inventus fuerit negasse c. D. Vat. (denegasse) Vict. Mss. Angl. ed. pr. (denegasse) Dress. (denegasse), om. ed. pr. Cot. — 10. inficiatus aliquis (τις ἀρνησάμενος) emend., insaciatus aliquis D. L. Vat., si quis denegavit ed. pr., si quis negavit v. — 11. non potest enim fieri c. D. Vat., nam fieri non potest ed. pr. v. — 11. nunc (νῦν) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 12. quis abnegans c. ed. pr. v., ecclesia abnegans L., abnegans D. Vat. — assequi possit c. D. ed. pr. v., possit assequi Vat. — 13. negaverunt c. D. Vat., abnegaverunt ed. pr. v. — 15. trahetur c. D. Vat. ed. pr. v., tradetur L. — 16. qui vero curti (καὶ οἱ κόλοβοι) c. ed. pr. v., hi vero curti D. L. Vat. — dolosi c. Vat. ed. pr. v., dolorosi D. — alius in alium c. D. ed. pr. v., alius et alium Vat. — conviciantes (καταλάλοι) emend., comiscentes

ciantes, hi sunt serpentes in nono monte mixti. sicut enim mortiferum est hominibus serpentinum venenum, ita et verba eorum consumunt homines atque perdunt. curti sunt igitur a fide sua propter hoc genus vitae suae, in qua morantur. aliqui vero eorum accepta poenitentia assecuti sunt salutem. sed et ceteri huiusmodi homines aeque assequentur, si egerint poenitentiam; sin minus, morientur cum mulieribus illis, quarum vim possident ac potestatem. 27 de decimo vero monte, in quo arbores erant tegentes pecora, quidam tales sunt qui crediderunt: quidam episcopi id est praesides ecclesiarum, (alii vero hi lapides), qui non ficto, sed libenti animo semper in domos suas servos dei receperunt; et deinde qui praesides sunt, ministerio inopes et viduas protexerunt et castam perpetuo conversationem habuerunt. ergo hi homines a domino proteguntur. haec quicunque gesserint, honorati sunt apud dominum, et inter nuncios locus eorum est, si perseveraverint usque in consummationem parere domino. 28 de undecimo vero monte,

---

D., commiscentes Vat. ed. pr., comminiscentes v. — 1. nono (cf. gr.) emend., eo codd. et edd. — 2. serpentinum c. D., serpentum Vat. ed. pr. v. — 2. 3. verba eorum consumunt (cf. gr.) edidi, verba consumunt eorum D., verba horum consentint Vat., verba talium inficiunt ed. pr. v. (decipiunt L.). — 3. igitur c. D. Vat. ed. pr. v.. enim L. — 4. qua c. B. D. Vat., quo L. ed. pr. v. — morantur c. D. Vat. ed. pr. v., moriantur L., morati sunt B. — 6. assequentur c. Vat. ed. pr. v., assequuntur D. — 7. sin c. D. ed. pr. v., si Vat. — cum c. D. Vat. ed. pr. v., a L. — cum mulieribus illis c. L. (a mul.) Vat. ed. pr. v., virginibus D. — 8. de c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 9. peccora D. — 9. 10. crediderunt: quidam c. D. ed. pr. v., crediderunt, et quidem Vat. Dress. — 10. episcopi id est praesides ecclesiarum c. D. L. (ecclesiae) Vat. (ecclesiis) ed. pr. v., episcopis i. e. praesulibus ecclesiae B. — 10. 11. (alii vero hi [hos D. Vat.] lapides) neque a graeco auctore neque ab interpretibus Palat. et aeth. agnoscuntur. — 11. ficto c. D. ed. pr. v., ficti Vat. — libenti c. D. Vat. Mss. Angl., alacri ed. pr. v. — 12. 13. ministerio c. D. Vat. Mss. Angl., ministeriorum ed. pr. v. — 13. inopes et viduas protexerunt (cf. gr.) edidi, inopes et viduas porrexerunt D. Vat. Mss. Angl., qui et inopes et viduas protexerunt ed. pr. v. — 14. domino c. Vat. ed. pr. v., deo D. — proteguntur (σκεπασθήσονται). fort. protegentur. — 15. gesserint c. L., gesserunt D. Vat., egerint ed. pr. v. — honorati sunt c. D. v., honorati Vat., honorantur ed. pr. — 16. in c. Vat. ed. pr. v., ad D. — 17. vero c. D. Vat. Dress., om. ed. pr. v. —

in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus plenae, hi sunt qui crediderunt et propter nomen domini mortem obierunt et animo prompto passi sunt et ex toto corde suo animas suas tradiderunt". et dixi: „Quare, ergo, domine, omnes hae arbores habent quidem fructus, quaedam vero pulcriores"? „Audi", inquit, „quicunque propter nomen domini passi sunt, honorati apud deum habentur, et omnium eorum abolita sunt delicta, quia propter nomen filii dei obierunt. quare autem fructus earum dispares sunt et excellunt aliqui inter illos, audi. quicunque enim perducti ad potestates interrogati non negaverunt, sed prompto animo perpessi sunt, honoratiores sunt apud dominum. qui excellit igitur fructus horum est. qui vero timidi et dubii fuerunt et deliberaverunt in corde suo, utrumne faterentur an negarent, et passi sunt, horum fructus exiguiores sunt, quoniam haec cogitatio ascendit in corda eorum; mala enim ac nequam est huiusmodi cogitatio, ut quis servus neget dominum. cavete igitur vos, qui huiusmodi cogitationes habetis, ne permaneat haec mens in vobis, et deo

---

1. plenae c. D. Vat. Mss. Angl., oneratae ed. pr. v. — 2. mortem c. Vat. ed. pr. v., morte D. — 3. animas c. Vat. ed. pr. v., et animas D. — 4. omnes hae c. D. ed. pr. v., he omnes Vat. — 5. fructus c. Vat. ed. pr. v., fructum D. — quedam vero Vat., quidam vero D., sed earum quaedam ed. pr. v. — 6. propter nomen domini passi sunt c. Vat. ed. pr. v., passi sunt propter nomen domini D. — 7. abolita c. Vat. Mss. Angl., oblita D., deleta ed. pr. v. — 8. obierunt c. D. Vat., mortem obierunt ed. pr. v. — 9. sunt c. L. Vat. ed. pr., sint D. v. — et c. D. L. ed. pr. v., om. Vat. — excellunt c. D. L. ed. pr., exellent Vat., excellant v. — aliqui c. Vat. ed. pr., alios D., quidam v. — 10. potestates c. Vat. ed. pr. v., potentes D. — 11. negaverunt c. D. L. Vat, negaverunt dominum ed. pr. v. — perpessi c. D. Vat., passi ed. pr. v. — 12. dominum c. D. Vat. ed. pr. v., deum v. — qui excellit (ὁ ὑπερέχων) emend., qui excellunt D. ed. pr., qui excolunt Vat. — horum est c. D., est Vat., eorum sunt ed. pr. v. — 13. deliberaverunt c. Vat. ed. pr. v., declinaverunt Vat. — 14. et c. D. Vat. ed. pr. v., et tamen B. — 16. ut quis c. D. Vat. Mss. Angl., ac si quis ed. pr. Cot., perinde ac si quis Dress. — 17. cavete c. D. ed. pr. v., caveatis Vat. (cavetis pr. m.). — igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — 18. in vobis (ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. —

moriamini. vos, quicunque propter hoc nomen mortem obitis, deum honorare debetis, quod dignos vos habeat dominus, ut nomen eius feratis, et omnia peccata vestra redimantur. non ergo vos potius felices existimatis? sed putate, si quis ex vobis patitur, magnum opus perficere. vitam vobis donat dominus, nec intelligitis. delicta enim vestra vos gravabant; et nisi passi essetis huius nominis causa, propter peccata vestra mortui eratis deo. haec igitur dico vobis, quicunque deliberatis de confessione aut de negatione, confitemini vos habere dominum deum, ne quando negantes tradamini in vincula. si omnes enim gentes servos suos puniunt, quicunque dominum suum negaverunt, quid putatis vos dominum facturum, qui universorum habet potestatem? removete igitur de praecordiis vestris has disputationes, ut in perpetuum vivatis deo. [29] de duodecimo vero monte candido tales sunt qui crediderunt: sicut infantes sinceri, quibus nulla malitia ascendit in sensum nec scierunt, quid sit malitia, sed semper in sinceritate man-

---

1. vos quicunque c. D. Vat., vos igitur quicunque ed. pr. v. — mortem c. Vat. ed. pr. v., morte D. — 2. deum (τὸν θεὸν) c. D., dominum Vat. ed. pr. v. — honorare (δοξάζειν) c. Vat. ed. pr. v., orare D. L. — vos c. Vat. ed. pr. v., om. D. — habeat c. D. L., habet ed. pr. v. — 3. redimantur (ἰαθῶσιν) c. ed. pr. v., redimentur C. D. Vat., remedientur Vict. Mss. Angl. — non (οὐκοῦν) c. D. Vat., nonne ed. pr. v. — 4. existimatis (μακαρίζετε) c. ed. pr. v., existimetis D., extimetis Vat., aestimatis L. — sed putate (ἀλλὰ δοκεῖτε) c. D. (portate) L. (portate) Vat., putate potius ed. pr. v. — 5. vitam c. D. Vat., vitam enim ed. pr. v. — 7. peccata vestra c. D. L. Vat. ed. pr., peccata certe vestra v. — 8. haec igitur c. Vat. ed. pr. v., hoc ergo D. — dico vobis c. D. Vat. ed. pr., vobis dico v. — quicunque c. Vat. ed. pr. v., quicunque ergo D. — 9. negatione c. D. Vat., abnegatione ed. pr. v. — confitemini c. D. Vat., confiteamini igitur ed. pr. v. — 9. 10. dominum deum c. Vat. ed. pr. v., deum dominum D., dominum dominum L. — 10. quando c. D. L. Vat. ed. pr., forte v. — tradamini c. D. ed. pr. v., tradimini Vat. — 12. vos dominum c. Vat. ed. pr., vobis dominum D., vos dominum vobis ed. pr. v. — 13. 14. vestris (ὑμῶν) c. Vat. ed. pr. v., hiis D. — 14. disputationes c. B. D. Cot., dubitationes vel disputationes Vat. Dress., dubitationes ed. pr. — 15. vero monte c. D. ed. pr. v., monte vero Vat. — candido c. Vat. ed. pr. v., candidato D. Mss. Angl. — 17. scierunt c. Vat., sciverunt ed.

serunt. huiusmodi ergo homines sine ulla dubitatione habitabunt in regno dei, quoniam in nullo negotio mandata domini maculaverunt, sed cum sinceritate permanserunt omnes dies vitae suae eodem sensus tenore. quicunque ergo permanseritis", inquit, „sicut infantes non habentes malitiam, honoratiores eritis quosque iam dixi. omnes enim infantes honorati sunt apud dominum et primi habentur. felices ergo vos, quicunque removeritis malitiam a vobis et indueritis innocentiam. primi vivetis deo".

postquam finivit omnium montium solutionem, dico ei: „Domine, nunc expone mihi de his lapidibus, qui allati ex campo reprobatorum loco in structuram turris ierunt; item de illis lapidibus rotundis, qui in structuram turris adiecti sunt, et de his, qui adhuc rotundi permanserunt". [30] „Audi", inquit, „et de his lapidibus. qui eiecti de campo in structuram

---

pr. v., sciunt D. — 1. huiusmodi ergo c. D. Vat. ed. pr. v., hi homines L. — sine c. D. Vat. (man. sec. in margine), si Vat. (pr. m.). — 1. 2. habitabunt in regno c. D. L., habitabunt in regnum Vat. ed. pr., inhabitabunt regnum v. — 2. mandata domini c. D. Vat. ed. pr. v., dominum B. — 4. permanseritis (διαμενεῖτε) c. Mss. Angl., permanserint D. Vat. ed. pr. v. — 6. eritis (ἔσεσθε) c. Mss. Angl., erunt D. Vat. ed. pr. v. — quosque iam dixi (πάντων τῶν προειρημένων) emend. (cf. Roensch. It. u. Vulg. p. 336), quousque tam dixi D. Vat., sicut iam dixi L., omnibus illis, quos iam dixi ed. pr. v. — dixi. D. add. (cf. c. 30. p. 155, 9 – 11): ex eodem enim genere sunt. felix hoc genus, quia innocuum est. audi nunc et de illis rotundis lapidibus. — 7. ergo vos c. Vat. v., vos ergo ed. pr., vos D. — 8. removeritis c. Vat. ed. pr. v., amaveritis D., habetis L. — malitiam a vobis et indueritis (cf. gr.) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 8. 9. primi vivetis deo (πρῶτοι πάντων ζήσεσθε τῷ θεῷ) emend., primi videtis dominum Vat., primi videbitis deum D. ed. pr., quia primi videbitis deum v. — 10. solutionem c. D. L. Vat. ed. pr., explanationem v. — 10. 11. dico ei: Domine, nunc expone mihi de his lapidibus c. D. (add. solucionem) ed. pr. (om. his) v. (lapidibus his), om. Vat. — 11. ex c. D. Vat. v., de ed. pr. — 12. reprobatorum loco (cf. gr.) edidi, et reprobatorum loco ed. pr. Ox., in locum reprobatorum v., reprobatorum D. Vat. — 12. in structuram c. D. (structura) Vat. ed. pr., ad structuram v. — ierunt c. Vat. Mss. Angl., erunt D., missi sunt ed. pr. v. — 13. illis lapidibus c. Vat., his lapidibus D., lapidibus illis ed. pr. v. — 14. Audi c. D. Vat. ed. pr. Dress., audi nunc v. — 15. et de his edidi,

turris positi sunt pro his qui reprobati erant, radices sunt illius candidi montis. cum igitur hi, qui de eo monte crediderunt, facti sunt innocentes, iussit dominus eius turris eos, qui de radicibus eius montis essent, in structuram collocari. intellexit enim, si in eam aedificationem iissent, splendidos eos permansuros. nec ullum ex his amplius nigricaturum. quodsi de ceteris montibus adiecisset, necesse habuisset rursus visitare eam turrim atque purgare. hi autem omnes candidi inventi sunt, qui crediderunt et qui credituri sunt. ex eodem enim genere sunt. felix hoc genus quia innocuum est. audi nunc et de illis rotundis lapidibus et splendidis. hi omnes de hoc candido monte sunt. audi autem, quare rotundi sunt reperti: divitiae suae eos pusillum obscuraverunt a veritate atque obfuscaverunt. a deo vero nunquam recesserunt, nec ullum verbum malum de ore processit eorum, sed omnis aequitas et virtus veritatis. horum ergo mentem cum vidisset

et de Vat. Dress., de his D., de ed. pr. v. — eiecti c. D. Vat. Mss. Angl., allati ed. pr. v. — 1. positi sunt c. Vat. ed. pr. v., positi D. — pro his c. D. Vat., de his L., eorum loco ed. pr. v. — 2. hi, qui c. D. v., ii qui ed. pr., qui Vat. — eo monte c. Vat., eodem monte D., illo monte ed. pr. v. — 3. facti sunt, εὑρέθησαν. — 4. eius montis c. Vat., montis eius D., montis ed. pr. v. — 5. intellexit c. D. ed. pr. v., intellexi L. Vat. — in eam aedificationem c. D., in ea aedificatione Vat., in illa aedificatione Mss. Angl. ed. pr., ad aedificationem v. — iissent c. Vat. v., issent D., missi (om. Mss. Angl.) essent ed. pr. — splendiros D. — 6. eos c. D. Vat., illos ed. pr. v. — ullum c. Vat. ed. pr. v., unum D. — ex c. D. Vat. v., de L. ed. pr. — nigricaturum c. L. Vat., magnificaturum D., denigrandum ed. pr. v. — 7. quodsi c. D. L. Vat., quodsi ita ed. pr. v. — adiecisset tantum L. — necesse c. Pal., non necesse codd. et edd. — 9. inventi c. Pal., iuvenes codd. et edd. — 9. 10. ex eodem enim genere sunt c. Vat. (eo) ed. pr. v., om. D. (sed cf. p. 154, 6), ex corde enim credunt Pal. — 10. innocuum c. (D. ad p. 154, 6) Vat. ed. pr. v., innocentium D. (hoc loco). — 11. et de c. (D. supra) Vat. Pal. ed. pr. v., de D. (hoc loco). — 12. audi autem c. L. Vat. (cf. Pal.), om. D. ed. pr. v. — 13. divitiae c. D L. Vat., causa est quia divitae ed. pr. v. — eos c. D. Vat., illos ed. pr. v. — obscuraverunt a veritate c. D. Vat., a veritate obscuraverunt ed. pr. v. — 14. a deo vero c. D. Vat., sed a deo ed. pr. v. — 15. de ore processit eorum c. Vat., processit de ore eorum D. v., de ore eorum processit ed. pr. — 16. et virtus veritatis (cf. Sim. VIII, 10

dominus, et posse eos veritati favere, iussit opes eorum circumcidi, non enim in totum eorum tolli, ut possint aliquid boni facere de eo quod eis relictum est; et vivent deo, quoniam de genere bono sunt. ideo ergo pusillum circumcisi et positi sunt in structuram turris huius. [31] ceteri vero, qui adhuc rotundi permanserunt neque apti sunt in ea structura, quia nondum acceperunt sigillum, repositi sunt in loco suo; valde enim rotundi reperti sunt. oportet autem circumcidi hoc seculum ab illis et vanitates opum suarum, et tunc convenient in regno dei. necesse est enim eos intrare in regnum dei. hoc enim genus innocuum benedixit dominus. ex hoc ergo genere non intercidet quisquam; etenim licet quis eorum, tentatus a nequissimo diabolo, aliquid deliquerit, cito recurret ad dominum suum. felices vos iudico, ego nuncius poenitentiae, quicunque innocentes estis sicut infantes; quoniam pars vestra bona est et honorata apud dominum. dico autem omnibus vobis, quicunque sigillum hoc accepistis, simplicitatem habere

---

p. 113, 3. X, 1 p. 160, 13) c. D. Mss. Angl., virtus et veritas Vat. ed. pr. v. (cf. Pal.). — 1. et posse eos veritati favere c. D. (om. et) Vat. (posset) ed. pr. v., quod boni nati essent et possint boni esse Pal. — 1. 2. iussit opes eorum circumcidi c. Vat. Pal., iusserit sic opes eorum circumcidi D., iussit bonos quoque permanere et opes eorum circumcidi ed. pr. v. — 2. enim c. D. L. Vat., enim voluit ed. pr. v. — eorum c. D. L. Vat., illos ed. pr. v. — 2. 3. possint aliquid boni c. D. Vat., possent boni aliquid ed. pr. v. — 3. vivent c. C. D. L. Vat. Vict. Dress., vivere ed. pr. Cot. — 3. 4. quoniam de c. Vat., quoniam ex D., quoniam et ipsi de ed. pr. v. — 4. 5. circumcisi et positi sunt c. Vat., circumcisi sunt et positi ed. pr. v., circumcisi sunt D. — 6. permanserunt c. Vat. ed. pr. v., remanserunt D. — apti sunt in ea structura c. D. Vat. L. (acti), apti reperti sunt in ea structura ed. pr. v. (eam structuram). — 7. in loco suo c. D. ed. pr. v., loco suo Vat. — 9. tunc c. Vat. ed. pr. v., nunc D. — 10. regno dei c. Vat. ed. pr. v., dei regno D. — est enim c. Vat. ed. pr. v., enim est D. — regnum dei c. Vat. ed. pr. v., dei regnum D. — 13. 14. dominum c. D. Vat., dominum deum ed. pr. v. — 14. vos c. C. D. L. Vat. Vict. Dress., vero ed. pr. Cot. — 16. est et honorata (cf. Pal.) c. ed. pr. v., est honorata D., honorata est Vat. — dominum c. D. Vat., deum ed. pr. v. — 17. sigillum hoc c. D. ed. pr. v., hoc sigillum Vat. — habere neque c. Mss. Angl., habere atque Vat., habere D., habete ne-

neque offensarum memores esse neque in malitia vestra permanere aut in memoria offensarum amaritudinis, in unum quemque spiritum fieri et has malas scissuras permediare atque tollere a vobis, ut dominus pecorum gaudeat. de his gaudebit autem, si omnia invenerit sana. sin autem aliqua ex his dissipata invenerit, vae erit pastoribus. quodsi ipsi pastores dissipati fuerint, quid respondebunt ei pro pecoribus huius? numquid dicent a pecore se vexatos? non credetur illis. incredibilis enim res est, pastorem pati posse a pecore, et magis punietur propter mendacium suum. et ego sum pastor, et altissimo oportet me de vobis reddere rationem. [32] remediate ergo vos, dum adhuc turris aedificatur. dominus habitat in viris amantibus pacem. etenim deo pax cara est, a litigiosis vero et per-

---

que ed. pr. v. — 1. esse c. D. Vat. Mss. Angl., estote ed. pr. v. — 1. 2. vestra permanere c. D. Vat. Mss. Angl., malitia permanete ed. pr. v. — 2. aut c. D. Vat., neque ed. pr. v. — in memoria offensarum amaritudinis (ἐν μνησικακίᾳ καὶ πικρίᾳ, cf. Sim. VIII, 10 p. 113, 3) emend. (memoriam offensarum amaritudinum vestrarum Pal.), in memoria offensarum amaritudines codd. et edd. — 2. 3. in unum quemque spiritum fieri c. Mss. Angl. (unumquemque), fieri in unumquemque spiritum D., in unumquemque fieri spiritum Vat., in uniuscuiusque spiritu fiant ed. pr. v., in uno spiritu efficiemini Pal. — 3. et has malas scissuras permediare c. D. Vat. (remediare) Mss. Angl. (permedicare), sed his malis scissuris remedia procurate ed. pr. v. — 3. 4. atque tollere c. Vat., ac tollere D., et tollere Mss. Angl., atque tollite illas ed. pr. v. — 4. de his c. C. D. Vat., de vobis ed. pr. v. — 5. sin c. D. Vat., si ed. pr. v. — 5. 6. aliqua ex his dissipata invenerit emend. (cf. Pal.), aliquam ex his dissipatam invenerit D. Vat., pecus aliquod ex talibus invenerit dissipatum ed. pr. v. — 7. ei pro c. Hom. de aleat. ed. pr., pro L., etiam D., etiam ei pro v., om. Vat. — huius c. D. Vat., om. ed. pr. v. — 8. dicent c. D. ed. pr. v., dicunt Vat. — credetur c. Hom. de aleat. D. v., creditur Vat. — 9. 10. punietur c. C. D. L. Vat. ed. pr. Dress., punitur Cot. — 10. mendacium c. Hom. de aleat. ed. pr. v. (cf. Pal.), peccatum D. Vat. — ego c. D. ed. pr. v., om. Vat. — altissimo emend. (c. Pal.), validissime codd. et edd. — 11. reddere rationem c. D. Vat., rationem reddere ed. pr. v. — remediate ergo vos c. D. L. Vat., consulite ergo vobis ed. pr. v. — 13. etenim deo (cf. Pal.) emend., etenimvero C. D. Vict., etenim vero Vat., et enimvero L., vera enim ed. pr., etenim vera v. — litigiosis c. D. L. Vat., conten-

ditis malitiae longe abest. reddite igitur ei spiritum integrum, sicut accepistis. si enim dederis fulloni vestimentum integrum novum, integrum iterum vis recipere; fullo autem, si tibi scissum reddat, recipies? nonne statim excandesces et eum convicio persequeris dicens: Vestimentum integrum tibi dedi. quare scidisti illud et inutile redegisti? et propter scissuram, quam in eo fecisti, in usum esse non potest. nonne haec omnia verba dices fulloni ei de scissura, quam in vestimento tuo fecerit? si igitur tu doles de vestimento tuo et quereris, quod non illud integrum recipias, quid putas dominum tibi facturum, qui spiritum integrum tibi dedit, et tu eum totum inutilem redegisti, ita ut in nullo usu esse possit domino suo? inutilis enim coepit esse usus eius, cum sit corruptus a te. nonne dominus spiritum eius propter hoc factum tuum afficiet? plane,

---

tiosis ed. pr. v. — perditis malitiae c. Vat. (cf. Pal.), deditis malicie D., perditis malitia ed. pr. v. — 1. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — 2. dederis fulloni c. Vat. ed. pr. v., fulloni dederis D. — 2. 3. integrum novum, integrum (cf. Pal.) edidi, integrum novum, id integrum ed. pr., integrum, novum D. Vat. Dress., integrum, idque integrum Cot. — 3. iterum vis c. ed. pr., item vis Vat. Dress., idem vis D., vis denuo Cot. — 3. 4. tibi scissum c. Vat. ed. pr. v., scissum tibi D. — 4. recipies c. Vat., recipiens D., recipies illud ed. pr. v. — excandesces (cf. Pal.) c. ed. pr. v., excandescis Vat. (man. sec.), candescis D. Vat. (manu pr.). — eum c. D. Vat. v., cum ed. pr. — 5. persequeris c. D. Vat. v., prosequeris ed. pr. — integrum tibi dedi c. L., tibi integrum dedi D., meum integrum tibi dedi Vat. ed. pr. v. — 6. illud c. Vat. ed. pr. v., id D. — redegisti c. D. Vat., fecisti ed. pr. v. — et propter D. Vat., nunc propter ed. pr. v., ut propter Pal. — 7. quam in eo c. ed. pr. v., que in eo Vat., quam D. — in usum c. D. L. Vat., usui ed. pr. v. — potest. Pal. possit. — haec omnia c. D. v., omnia hec Vat., ergo haec omnia ed. pr. — 8. ei de emend. (cf. Pal.), et de ed. pr. v., ergo et de C. D. Vat. — 9. igitur c. Vat. ed. pr. v., ergo D. — doles c. D. Vat. ed. pr. v., doles tu et quereris C. L. (om. tu). — de vestimento tuo om. C. L. (?). — 10. non reddidisti. quid putas C. — dominum tibi c. Vat. ed. pr. v., tibi dominum D. — 11. tibi dedit c. Vat. ed. pr. v., dedit tibi D. — 12. redegisti c. D., redigisti Vat., reddidisti L. ed. pr. v. — in nullo usu c. D. L. Vat., in nullo usui ed. pr., nullo usui v. — 13. 14. nonne dominus spiritum eius propter hoc factum tuum afficiet (κατεργάσεται) c. D. (ubi haec verba post l. 14 sq.: „plane inquam — afficiet" leguntur), nonne (in Vat. quatuor vocabulis adscribendis lacuna

inquam, omnes eos, quoscunque invenerit in memoria offensarum permanere, afficiet. clementiam", inquit, „eius nolite calcare, sed potius honorate eum, quod tam patiens est ad delicta vestra et non est sicut vos. agite enim poenitentiam. utile est vobis. [33] haec omnia, quae supra scripta sunt, ego pastor, nuncius poenitentiae, ostendi et locutus sum dei servis. si ergo credideritis et audieritis verba mea et ambulaveritis in his et correxeritis itinera vestra, vivere poteritis. sin autem permanseritis in malitia et memoria offensarum, nullus ex huiusmodi vivet deo. haec omnia me dicente dicta sunt vobis.

ait mihi ille pastor: „Omnia a me interrogasti"? et dixi: „Ita, domine". „Quare ergo non interrogasti me de forma lapidum in structura repositorum, quod explevimus formas"? et dixi: „Oblitus sum, domine". „Audi nunc", inquit, „et de illis: hi sunt, qui mandata mea nunc audierunt et ex totis

relicta) dominum spiritum eius propter hoc factum tuum a facie L. (factum tuum hoc) Vat., nonne igitur dominus spiritum suum propter hoc factum tuum afficiet ed. pr., nonne igitur dominus de spiritu suo propter hoc factum tuum idem faciet v. — 1. omnes eos c. D. L. ed. pr., omnes vero eos Vat., omnibus iis v. — memoria c. D. L. ed. pr. v., memoriam Vat. — 2. afficiet (κατεργάσεται) c. D. L. Vat. ed. pr., idem faciet v. — inquit, eius c. D. ed. pr. v., eius, inquit Vat. — 3. honorate c. D. L., horate Vat., honorificate ed. pr. v. — 3. patiens est ad delicta vestra c. D. ed. pr. v., patiens ad delicta vestra sit Vat. — 4. enim c. D. Vat., igitur ed. pr., om. v. — 5. utile est vobis c. D., utilem esse vobis Vat. (utilem etiam L.), utile enim id est vobis ed. pr. v. — supra c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 6. 7. dei servis c. D. Vat. ed. pr., servis dei v. — 7. ergo credideritis c. Vat. (crederitis) ed. pr. v., credideritis ergo D. — 8. his c. D. Vat., ipsis ed. pr. v. — 8. 9. sin autem permanseritis (cf. Pal.) c. ed. pr. v., om. D. L. Vat. — 9. 10. huiusmodi c. D. L. Vat. ed. pr., huiusmodi peccatoribus v. — 10. vivet c. Vat. ed. pr. v., vivit D. L. — me dicente c. D. Vat., me docente L., a me dicenda. ed. pr. v. —

11. ille c. Vat. ed. pr. v., ipse D. — 12. me c. D. ed. pr., om. Vat. me, inquit v. — 13. structura Vat. (man. sec.), structuram Vat. (man. pr.). — quod explevimus c. C. Vat. Vict., quod explere minus D., quod explicuimus L., ut tibi explicarem ed. pr. v. — formas c. D. Vat. ed. pr. v., formes L. — 14. nunc c. D. Vat., nunc ergo ed. pr. v. — 14. 15. et de (cf. Pal.) c. ed. pr. v., de D. Vat. — mandata mea nunc

praecordiis egerunt poenitentiam. cumque vidisset dominus, bonam atque puram esse poenitentiam eorum, et posse eos in ea permanere, iussit priora peccata eorum deleri. hae enim formae peccata eorum erant et exaequata sunt, ne apparerent“.

## Similitudo X.

[1] Postquam perscripseram librum hunc, venit nuncius ille, qui me tradiderat huic pastori, in domo, in qua eram, et consedit super lectum, et astitit ad dexteram hic pastor. deinde vocavit me et haec mihi dixit: „Tradidi te“, inquit, „et domum tuam huic pastori, ut ab eo protegi possis“. „Ita“, inquam, „domine“. „Si vis ergo“, inquit, protegi ab omni vexatione et ab omni saevitia, successum autem habere in omni opere bono atque verbo et omnem virtutem aequitatis, in mandatis istis ingredere, quae dedit tibi, et poteris dominari omni nequitiae. custodienti enim tibi mandata haec subiecta erit tibi omnis cupiditas et dulcedo huius seculi, successus vero in omni

---

c. D., mandata mea L. Vat., nunc mandata mea ed. pr. v. — 2. esse poenitentiam eorum c. D., poenitentiam esse eorum L., poenitentiam eorum Vat. ed. pr. v. — 2. 3. in ea (cf. Pal.) c. ed. pr. v., om. D. Vat. — 3. priora peccata c. Vat. ed. pr. v., peccata priora D. (peccati L.). — 4. eorum erant c. Vat. ed. pr. v., erant eorum D. — exaequata c. D. Vat. ed. pr. v. (cf. Pal.), exaequatae L. — apparerent c. Vat. ed. pr. v., appareant D. —

5. XXVI. D., titulus non exstat in Vat., sed spatium relictum est. — 7. huic c. D. L. Vat., illi ed. pr. v. — in domo, in qua eram c. D. (om. in) L. (quam) Vat., in domum, in qua eram ed. pr. v. — 8. consedit super lectum c. Vat. ed. pr. (thorum) v. (supra), sedit supra locum D. — ad dexteram hic pastor c. D. Vat. (is), ad dextera eius ille pastor ed. pr. v. — 9. haec mihi dixit c. Vat. ed. pr. v., dixit mihi D. — Tradidi te, inquit, et c. Vat. ed. pr. v., tradite, inquit, te D. — 10. huic pastori c. Vat. ed. pr. v., pastori huic D. — 11. inquit, protegi c. D. Vat. ed. pr., protegi, inquit v. — 14. istis c. Vat., eius istis D., iis ed. pr. v. — dedit tibi c. D. ed. pr. v., dedi tibi C. L. Vict. (cf. Pal.), tibi dederit Vat. — 15. haec c. D. Vat., illa ed. pr. v. — erit tibi c. Vat. ed. pr., erit D. v. — 16. huius seculi c. D. ed. pr. v., seculi huius Vat. —

bono negotio te sequetur. maturitatem huius et modestiam suscipe in te et dic omnibus, in magno honore esse eum et dignitate apud dominum et magnae potestatis eum praesidem esse et potentem in officio suo. huic soli per totum orbem poenitentiae potestas tributa est. potestasne videtur tibi esse? sed vos maturitatem huius et verecundiam, quam in vos habet, despicitis".

[2] dico ei: „Interroga ipsum, domine, ex quo in domo mea est, anne aliquid extra ordinem fecerim, ex quo eum offenderim". „Et ego", inquit, „scio nihil extra ordinem fecisse te neque facturum. et ideo loquor tecum, ut perseveres, bene enim de te hic apud me existimavit. tu autem ceteris haec verba dices, ut et illi, qui egerunt aut acturi sunt poenitentiam, eadem quae tu sentiant, et hic apud me bene de his interpretetur, et ego apud dominum". „Et ego", inquam, „omni homini indico magnalia domini, spero autem, omnes, qui iam ante peccaverunt et haec audient, quod libenter sunt acturi poenitentiam vitam recuperantes". „Permane ergo", inquit, „in hoc ministerio

1. sequetur c. Vat. ed. pr. v., sequatur D. — maturitatem (cf. I. 6), σεμνότητα. — 2. in te c. D. Vat. ed. pr. v., vitae L. — 3. dominum c. D. Vat., deum ed. pr. v. — 5. potestasne c. D. Vat. ed. pr. Dress., potensne Cot. — videtur tibi esse c. D. Vat. Dress., tibi videtur esse ed. pr. Cot. — 6. verecundiam c. D. Vat. ed. pr., modestiam v. —

8. ipsum c. D. v., eum Vat. ed. pr. — 9. anne c. D. ed. pr. v., an L. Vat. — aliquid c. Vat. ed. pr. v., quid D. — ex quo eum c. D., ex quo in domo mea est et eum Vat., aut in quo L., aut in aliquo eum ed. pr. v. — 9. 10. offenderim c. Vat. ed. pr. v., offenderem D. — 11. facturum c. D. Vat., esse facturum ed. pr. v. — loquor c. D. Vat. ed. pr., haec loquor v. — 12. de te hic c. D. Vat., et hic de te ed. pr., hic de te v. — 13. aucturi D. — 14. bene de his c. D. Vat. ed. pr. Dress. (iis), de his bene L., de iis Cot. — interpretur Vat. — 15. omni c. D. Vat. ed. pr., domine, omni v. — 16. domini c. D. Vat., dei ed. pr. v. — omnes c. Vat. ed. pr., eos omnes D. v. — qui iam ante emend., qui tam ante L., quod qui iam ante D., qui amant ea et ante v., qui ante Vat. ed. pr. — 17. et haec audient c. D. (om. et) L. (audiunt), haec audientes Vat. ed. pr., his auditis v. — quod libenter sunt acturi c. Vat., libenter et acturi sunt D. L. (om. et) ed. pr. (om. et), acturos esse v. — 18. ergo c. D. ed. pr. v., om. Vat. —

et consumma illud. quicunque autem huius mandata faciunt, habebunt vitam, et hic apud dominum magnum honorem. quicunque vero huius mandata non servant, fugant a se vitam et aversantur illum, [hic autem apud deum suum habet honorem suum. quicunque ergo contemnunt eum] nec mandata eius sequuntur, morti se tradunt, et unusquisque eorum reus erit sanguinis sui. tibi autem dico, ut servias mandatis his, et remedium peccatorum habebis. [3] misi autem tibi has virgines, ut habitent tecum. vidi enim eas affabiles tibi esse. habes ergo eas adiutrices, quo magis possis huius mandata servare; non potest enim fieri, ut sine his virginibus haec mandata serventur. video autem eas libenter esse tecum, sed ego praecipiam eis, ut omnino a domo tua non discedant. tu tantum communda domum tuam; in munda enim domo libenter habitabunt. mundae sunt enim atque castae et industriae et omnes habentes gratiam apud dominum. igitur si habuerint domum tuam puram, tecum permanebunt. si autem pusillum aliquid inquinationis acciderit, protinus a domo tua recedent. hae

1. consumma illud (cf. Pal.) c. ed. pr. v., consumare illud D., consummare in illud Vat. — huius mandata faciunt c. D. Vat., huius mandatà efficiunt ed. pr., mandata huius exequuntur v. — 2. et hic c. D. Vat. ed. pr. Dress., et hic et Cot., id est L. — 3. fugant a se vitam (ἐκτρέπονται ζωὴν) c. D. L. Vat., fugiunt a sua vita ed. pr. v. (vita sua) Pal. — 4. aversantur illum (cf. Pal.) emend., adversus illum D. L. Vat., adversantur illi ed. pr. v. — 4. 5. uncinis inclusa supplevi e Pal., addito voc. habet. — 5. 6. nec mandata eius sequuntur c. D. L. Vat., et qui mandata eius non sequuntur ed. pr. v. — 6. tradent ed. Ox. — eorum c. Vat. ed. pr. v., om. D. — 7. servias mandatis his c. C. D. L. Vat. (servas) Vict. ed. pr. (cf. Pal.), serves mandata haec v. — 8. peccatorum c. D. L. Vat. ed. pr., peccatorum tuorum omnium v. — tibi has virgines (cf. Pal.) c. ed. pr. v., turbas virginum D. L. Vat. — 9. eas affabiles c. D. Vat. ed. pr., eas valde affabiles v. — esse eas Vat. — 9. 10. habes ergo eas c. D. ed. pr., habes enim eas Vat., habebis igitur tu eas v. (igitur om. L.) — 12. video c. C. D. L. Vat. Vict. Cot., vides ed. pr. Dress. — sed ego c. D. Vat. ed. pr., sed et ego v. — 13. 14. tu tantum communda domum tuam c. L. (emunda) Vat. ed. pr. v., tu autem domum tuam comunda D. — 15. sunt enim c. Vat. ed. pr. v., enim sunt D. — omnes. Pal. cunctam. — 16. dominum c. D. ed. pr. v., deum Vat. — habuerint c. L. Vat. (cf. Pal.) Dress., habitaverint D., habueris ed. pr. v. — 18. recedent c. D. ed. pr. v., recedunt

enim virgines nullam omnino diligunt inquinationem“. dico ei: „Spero me, domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter inhabitent semper. et sicut hic, cui me tradidisti, nihil de me queritur, ita neque illae querentur“. ait ad pastorem illum: „Video“, inquit, „servum dei velle vivere et custodire haec mandata et virgines has habitatione munda collocaturum“. haec cum dixisset, iterum pastori illi me tradidit et vocavit eas virgines et dixit ad eas: „Quoniam video vos libenter in domo eius habitare, commendo eum vobis et domum eius, ut a domo eius non recedatis omnino“. illae vero libenter haec verba audierunt.

[4] ait deinde mihi: „Viriliter in ministerio hoc conversare, omni homini indica magnalia domini, et habebis gratiam in hoc ministerio. quicunque ergo in his mandatis ambulaverit, vivet et felix erit in vita sua; quicunque vero neglexerit, non vivet et erit infelix in vita sua. dic omnibus, ut non cessent, quicunque recte facere possunt, bona opera exercere utile est illis. dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. et is enim qui eget et in quotidiana vita patitur incommoda, in magno tormento est ac necessitate. quisquis igitur huiusmodi animam eripit de necessitate, magnum gaudium sibi

---

Vat. — 3. inhabitent c. Vat. ed. pr. v., habitent D. — semper c. D. ed. pr. v., om. Vat. — hic c. D. Vat., is ed. pr. v. — 5. inquit c. D. Vat. ed. pr., om. v. — vivere c. Fello al., videre codd. et edd. — 6. habitatione munda c. D. Vat. ed. pr., munda habitatione v. — collocaturum c. D. Vat. ed. pr., collaturum L. — 8. eas virgines c. D. Vat., virgines ed. pr. v. — ad eas c. D. L. Vat. ed. pr., eis v. — 8. 9. libenter in domo eius c. Vat., libenter in domo huius ed. pr. v., in domo eius libenter D. — 9. eum vobis c. D. ed. pr. v., vobis eum Vat. — ut c. D. ed. pr. v., et Vat. —

13. omni homini (cf. Pal.) c. ed. pr. v., omnino L. Vat., et omnino D. — domini c. D. (Pal.), dei domini Vat., dei ed. pr. v. — 16. dic omnibus, ut c. D. ed. pr. v., de omnibus et Vat. — 17. quecunque Vat. — bona c. Vat. ed. pr. v., et bona D. — 19. et is c. D. L. (his) Vat. (cf. Pal.), is ed. pr. v. — qui eget et c. L. (quia) Vat. (egit) ed. pr. v., quia D. — 20. ac c. Vat. ed. pr. v., hac D. L. — 20. 21. quisquis igitur huiusmodi animam eripit de necessitate c. Vat. (quisque) ed. pr. v., om. D. (propter homoeoteleuton). —

acquirit. is enim, qui huiusmodi vexatur incommodo, pari tormento cruciatur, atque torquet se qui in vinculo est. multi enim propter huiusmodi calamitates, cum eas sufferre non possunt, mortem sibi adducunt. qui novit igitur calamitatem huiusmodi hominis et non eripit eum, magnum peccatum admittit et fit reus sanguinis eius. facite igitur opera bona, quicunque accepistis a domino, ne, dum tardamini facere, consummetur structura turris. propter vos enim intermissum est opus aedificationis eius. nisi igitur festinaveritis facere recte, consummabitur turris, et excludemini".

postquam vero locutus est mecum, surrexit de lecto et apprehenso pastore et virginibus abiit, dicens mihi, remissurum se pastorem illum et virgines in domum meam.

---

1. is enim c. D. Vat., nam is ed. pr. v. — 1. 2. tormento c. Vat. ed. pr. v., comodo D. — 2. torquet se qui (quia L.) in vinculo est c. D. (om. qui) Vat., se torquet ut is, qui in vinculis est ed. pr. v. (om. ut). — 3. enim c. Vat. ed. pr. v., om. D. — sufferre c. D. L. Vat. ed. pr., sustinere v. — 4. adducunt c. D. L. Vat. (pr. m.), addicunt Vat. (man. sec.), consciscunt ed. pr. v. — 5. huius hominis D. — magnum peccatum c. Vat. ed. pr. v., peccatum magnum D. — 6. 7. quecunque D. — 7. tardamini c. D. Vat., tardatis B., moramini ed. pr. v. — 7. 8. consummetur c. ed. pr. v., consummatur Vat., ut consumetur D. — 8. vos enim c. D. ed. pr. v., enim eos Vat. — 9. eius c. Vat. ed. pr. v., om. D. —

12. dicens mihi c. D. Mss. Angl., dicens autem mihi Vat., dixit autem mihi ed. pr. v. — 12. 13. remissurum se (cf. Pal.) c. ed. pr. v., remansurum C. D. Vat. Mss. Angl. — virgines c. D. L. Vat., virgines illas ed. pr. v. — meam c. ed. pr. v., meam. Amen C. D. Vat. — D. add.: Explicit liber pastoris. Incipit prologus in parabolas Salomonis Sancti Ieronimi presbiteri. Vat. add.: Explicit liber pastoris discipuli beati pauli Apostoli. Deo gratias.

# Addenda.

Vis. I, 1. p. 3, 9—11. Domina mea, quid heic? Praecepta sum a domino, ut peccata tua arguam. Domina, nunc tu me arguis? L. — 12. incipio dicere L. — 17. Num semper te ac si deam L. — 18. veritus ed. Ox. — 4, 1. mei commemoraris L. — 3. aut non L. — saevam L. — 4. illius L. ed. Oxon. — 4. 5. est ei equidem magnum L. — 8. sibi L. — 11. 12. deo L. — c. 2. p. 5, 1 pessimis? quantis L. — 4. candida L. — 5. singularis L. — 11. illa G. — 14. 15. pollutione L. — c. 3. p. 6, 1. conviolari saeve L. — 2. 3. sanavit omnia quae ante gesta sunt in domo tua mala L. — 5. confortavit C. L. — 8. iuste L., optimum C. — 13. glorias L. — 15. quas non potest L. — p. 7, 2. 3. circumdedit — fortissimo om. L. — c. 4 p. 7. 15. iustis L. — 17. in humerum L. —

Vis. II, 1. p. 8, 4. eduxit L. — 8. audivi L. — 13. ut eum autem L. — 14. sedens L. — c. 2. p. 9, 1. prodentes C. — 5. et ipsa etiam compescat L. — 8. qui iampridem L. — p. 10, 5. 6. qui denegaverit filium et se, despondens vitam illius, et ipse denegaturus est illum B. L. ed. Oxon. sec. Gall. — c. 3. p. 10, 8. meminisse malorum C. ed. Ox. — 11. malitiae L. ed. Ox. — 11. 12. malorum L. ed. Ox. — p. 11, 1. nimia L. ed. Ox. — 6. absumuntur in aeternum ed. Ox. — 8. 9. in Holda et Meda L. — c. 4. p. 11, 18. libellum suum dedissem L. — p. 12, 3. scient electi G. L. — 4. Grappatae L. — 5. Grappate L. —

Vis. III, 1. p. 12, 14. ubi vis (ὅπου χρονίζεις). fort. leg. ubi manes. nam ita corrigendus est Pal.: ubi mavis, unde lectio „vis" derivari potest. — 17. ei loqui L. — p. 13, 1. aestimavi L. — 3. linteum L. ed. Ox. — 5. erecti sunt ed. Ox. — 6. horripilatio B. — 7. gloriae L. — 14. eduxit L. — 15. facti sumus L. ed. Ox. — 19. recogitante L. — c. 2. p. 14, 9. nominis domini B., nominis Vict. — 10. quicunque passus fuerit L. — 11. dei om. L. — 11. 12. utrisque ex eis qui ad dexteram sedent, ad sinistram sedent L. — p. 15, 6. quadratis L. — 14. parerent ed. Ox. — et sic parebat L. ed. Ox. — 17. ponebant L. — p. 16, 1. erant B. L. — 4. 5. venientes in via L. — c. 3. p. 16, 9. recurrere L. — 16. et isti L. — c. 3. p. 17, 7. ait

om. L. — 8. revelare, revelabitur a te, tantum L. — 9. quod cum L. — 11. autem C. — c. 4. p. 18, 4 not. sunt G. Vict. sec. Cler. Fabric., sunt sancti G. Vict. sec. Gall. — 4. 5. (hi autem om.?) praecellentes illis L. — 13. aut non L. — c. 5. p. 19, 2. qui ingrediuntur L. — 6. alterutrum L. — 11. adportantur L., portabantur ed. Ox. — p. 20, 1. reiciebant et proiciebant L. ed. Ox. — 2. hi (sunt?) om. L. — 9. habet, qui ad ed. Ox. — c. 6. p. 20, 12. abscessit L. — 16. ii quidem C. G. L. ed. Ox. — 17. qui scabrosi L. — p. 21, 1. quia alius L. — 2. et non habentes B. — 3. persona L. ed. pr. — p. 22, 1. ad te L. — c. 7. p. 22, 6. relinquent L. — 17. ego qui cum improbus essem L. — 20. habebuntur (habentur mendose Fabr.) in L. — p. 23. 4. verbum istud L. — c. 8. p. 23, 8. desivi interrogando L. — 16. Continentia L. — p. 24, 2. abstinebit se L. — 3. abstinuerit (se?) L. — Volo L. — 8. 9. quaeque quam vim habet illarum et virtutem L. — 17. esset L. — 17. 18. Insensate autem homo, num vides turrim super aedificari? L. — p. 25, 5. ea in omnibus auribus L. — c. 9. p. 25, 12. alius in alium L. — 15. assumunt, sed et cumulant et conviolant L. — p. 26, 7. 8. recubitus L. — 9. in pyxides portant L. — 9. 10. medicamentum L. — 15. inter vos L. — c. 10. p. 26, 18. a turri L. — p. 27, 4. fratres om. L. — 5. priore L. — 8. erat quam om. L. — 9. tantum quidem L. — 10. in facie L. — 11. revelationem L. — p. 28, 4. cognoscamus L. — c. 11. p. 28, 5. in priore L. — 9. expetunt L. — 10. acedias ed. Ox. — 11. contusus est L. — 16. prioris L. — c. 12. p. 28, 20. se ipsum L. — p. 29, 3. 4. et sumtus est L. — 5. 6. audita revelatione ed. Ox. — c. 13. p. 29, 12. in bonam et hilarem et bene serenum L. — p. 30, 1 vidisti L. — 4. integre om. L. — 5. habes c. codd. ed. pr. Dress., habes enim Cot. — 6. de revelatione L. —

Vis. IV, 1. p. 30, 10. proficiscebar (om. enim) L. — 17. et cum ed. Ox. — p. 31, 5. sic erat autem L. — 10. fumalem L. — 13. quae quis docuit L. — 17. in tantum L. ed. Ox. — c. 2. p. 32, 3. progrediens L. — 7. 8. et ego salutavi illam L. — 10. nimia L. — 19. bestia talis haec L. — p. 33, 4. diriget L. — c. 3. p. 33, 11. interrogas L. — 12. 13. ille niger L. — 13. igneus L. — 14. sanguinolentus L. — 19. emundatur L. ed. Ox. — p. 34, 1. structura L. — 2. album Vict. — 6. nam etsi volueritis L. — 6. in mentem habetote ed. Ox. — 8. quo loco abiit L. —

Vis. V, p. 34, 12. dignitosam faciem L. — pallium album L. — p. 35, 5. Nequaquam. Ego L. —

Mand. II. p. 36, 15. perdit L. —

Mand. III. p. 38, 6. cum simulatione L. — firmavi L. —

Mand. IV, 1. p. 39, 9. non L. — 15. mulierem L. — p, 40, 12. 13. super vos manere sive viro sive mulieri L. — c. 3. p. 41, 4. con-

versatione mea L. — p. 42, 3. et iam accipimus L. — c. 4. p. 43, 11. facit L. — 10. mihi traditus es L. — 13. haec L. ed. Ox. —

Mand. V, 1. p. 43, 15. animaequus L. — p. 44, 4. a spiritu L. — 11. totum amarum L. — p. 45, 1. Volebam L. — 2. 3. et dixit mihi om. L. — 4. cum domo tua L. — c. 2. p. 45, 10. pessima est, et quomodo L. — 15. aliquo, si quod L. — p. 46, 10. hoc L. (ab alia manu). — 15. a cogitatione mala Mss. Angl. — 16. aequanimitatem ed. Ox. — p. 47, 2. 3. dominationem egeris et L. —

Mand. VI, p. 47, 11. quoniam L. — c. 2. p. 48, 6. nuncii L. (etiam in sequentibus). — 10. tener B. L. — 18. p. 49, 1. intelliges eum ab operibus eius, quia hic est nuntius iniquitatis L. — p. 49, 3. quia ipse in te est L. ed. Ox. — 4. ebrietates L. — desiderium L. — 5. 6. ambitiositas L. —

Mand. VII, p. 50, 15. omnis enim virtutem habens etiam timendus est, nec timor in ipso L. — 18. nec facies ea, sed L. — p. 51, 2. itaque L. —

Mand. VIII, p. 52, 1. abnegantia L. — mendacio, a nequitia ficta L. — 5. mala om. C. Vict.? — 7. abnegatione L. — 8. superbia L. — p. 53, 2. concordia, pietas, aequitas L. — 3. 4. qui haec custodierit et fecerit in vita sua vivet deo C. L. — 6. in hospitio L. —

Mand. IX, p. 54, 1. quoniam quomodo L. — accipere L. — 6. sicut homo memor L. — 7. figmento suo L. — 8. data om. L. — 11. 12. ex petitionibus suis L. — p. 55, 3. deserere L. — 8. ad servos L. — 11. 12. sibi omnium impetrare operum suorum quae agit L. — 15. serva finem habentem virtutem C., serva virtutem habitae fidei L. —

Mand. X, 1. p. 56, 6. nequior et pessima L. — 7. contribulat L. — 9. contribulare L. — 11. hi nunquam L. — 12. et sunt L. — 13. et divitiis L. — 14. ex L. — p. 57, 4. intelliges et scies L. —

Mand. XI, p. 59, 14. diabolus autem adimplet L. — p. 60, 12. spiritus desursum L. — 15. interrogatus om. L. — p. 61, 5. spiritus sanctus L. — 9. 10. primum enim homo putatur spiritum habere exaltantem se L. — 13. ita nunc L. — 14. sed non L. — 16. replicat L. — p. 62, 1. vasis quod compositum L. — 2. frangitur ed. Ox. — 4. fit L. ed. Ox. — p. 63, 1. fontem aquae et isti fonza L. —

Mand. XII, 1. p. 64, 1. consumitur L. — 2. implicat eos nonnulli codd. — 3. tradet L. — 4. tradent L. — 6. tradet L. — c. 2. p. 65, 1. non parebit L. — accipies L. — 4. subditus B. — 5. subdita B. — c. 3. p. 65, 6. Volebam L. — 13. fiat L. — c. 4. p. 66, 13. ignoras L. — quam magnus, quamque miserabilis sit ed. Ox. — 18. suis om. C. L. — p. 67, 2. et in corde habete ed. Ox. — c. 6. p. 68, 15, 16. remedium animabus vestris post habitis Mss. Angl. ed. Ox.

Sim. I, p. 69, 11. civitas vestra L. — p. 70, 4. in civitatem tuam L. — 7. tu C. L. ed. Ox. — 9. ut ed. Ox. — cum voluerit deus ut dominus civitatis huius L. — 12. tibi om. L. — 16. viduas iustificate, orphanos L. Vict. — 17 not. operibus om. L. Vict. — 20. nam L. — p. 71, 1. in civitatem tuam L. — 5. adulterari et alterius aliquid L. —

Sim. II, p. 71, 10. Quid diu intra te ed. Ox. — 17. applicata ed. Ox. — p. 72, 3. quia et Mss. Angl. —

Sim. III, p. 74, 2. hae aridae arbores L. — 6. quoniam ed. Ox. —

Sim. IV, p. 74, 13 not. has om. L. — p. 75, 2. omnibus C. — 3. paret C. L. — 4. parebunt omnes C. L. — 5. peccatores sicut L. — 12. in eo stare cogn. L. —

Sim. V, 1. p. 76, 14. 15. dico enim, quia non est L. ed. Ox. (quoniam). — p. 77, 1. 2. in praecepta eius ingrediaris L. ed. Ox. — c. 2. p. 77, 8. futuris L. — 12. 13. quicquam praecepit illi, ut quid in ea facere deberet L. (Cler.). — p. 78, 16 dissimulavit L. — et fecit filius L. — 18. 19. convocatis paterfamilias amicis antiquis misit L. — c. 3. p. 79, 14. quam quod L. — feceris L. — 15. honestior L. ed. Ox. — p. 80, 2. habuerint L. — 3. si L. — 16. gesta L. — p. 81, 1. salvi erunt L. — c. 4. p. 81, 9. 10. demonstraveris, frustra videbo L. — 12. audiam L. — 14. exolvit L. — p. 82, 6. loqueris mihi. ades. nam L. — c. 5. p. 82, 18. commissa L. — p. 83, 3. primos L. — 8. qui possit L. — c. 6. p. 83, 12, 13. et dixi: Quemadmodum L. — 15. eum quem L. — et filius eius nunciis L. — 17. ut aboleret peccata L. — p. 84, 5. honestosque L. — 6. illum om. L. — p. 85, 1. conservatum L. — 6. serviisset ed. Ox. — 11. exsolutiones L. — c. 7. p. 85, 13. exsolutione L. — 19. si maculaveris spiritum sanctum L. Mss. Angl. ed. Ox. — p. 86, 7. in futurum L. ed. Ox. — 8. 9. ambo alterutrum, et alter (alterutrum ed. Ox.) sine altero L. —

Sim. VI, 1. p. 86, 12. deum L. — 14. homini L. ed. Ox. — p. 87, 9. ergo L. — 10. 11. nec post haec adiciatis. nihil ergo adicientes plurimum L. — c. 2. p. 88, 4. 5. ait mihi: Vides hunc pastorem? L. — 6. nuncius dulcedinis ac voluptatis Mss. Angl. ed. Ox. — 10. nuncio, aliqui L. — p. 88, 13, 14. qui perpetuo L. — 16. sua etiam hoc quod nomen L. ed. Ox. — p. 89, 6. figuram, amictum L. — 8. et vehementer durum flagellum L. — 9. amarum L. — amarum et severum ed. Ox. — horrere aliquis L. — 11. deliciis L. ed. Ox. — 15. spinas et tribulos et graves L. — c. 3. p. 90, 6. de iustis L. — 15. multisque aliis exercitiis et incommodis L. — p. 91, 4. et reliquos dies serviunt L. — 7. gesserunt Mss. Angl. — p. 92, 9. si uno L. — c. 5. p. 92, 12. omnino om. L. — 15. quando L. ed. Ox. — p. 93, 2. quid fuerit pridie L. — voluptas mundana nullam Mss. Angl. (si Gallandio fides) ed. Ox. — 12. ebrius L. —

Sim. VII, p. 94, 16. 17. sed non tam multa, ut huic nuncio de-

beas tradi om. L. — p. 96, 1. qui creavit omnia et formavit universa L. (Gall.). — 4. 5. quod multam vexationem patiaris necesse est ed. Ox. — 7. cum praediceret Mss. Angl. — 14. ac nati om. L. —

Sim. VIII, 1. p. 97, 7. cum falce de ea salice L. (Gall.). — 15. ab his L. — 16. 98, 1. ista quae acceperat ordine, eodem vocabatur ad illum virgamque L. (Gall.). — p. 99, 8. cum eo c. D. L. Vat. ed. Ox. Dress., om. ed. pr. Cot. — c. 2. p. 99, 11. eos viros, in quorum virgis L. — 17. eos dimisit in turrim L. — p. 100, 6. reviviscere L. — 6. 7. dico ei: Domine, istae quae sunt aridae virgae, quomodo possunt reviviscere om. L. (propter homoeoteleuton). — p. 101, 2. vivere iussit eos omnes L. — c. 3. p. 101, 16. legem suam L. — 17. 102, 1. et ex iis multas vexatas. illae enim virgae lex est. cognoscens deinde L. — c. 4. p. 103, 9. eduxit in campo et vocavit L. — 10. agminibus Mss. Angl. — 12. et quae L. — 15. virgas suas virides L. — aridas et om. L. — p. 104, 10. agmine C. Vict. — c. 5. p. 104, 10. habuerunt L. — 16. virides et om. L. — 17. tradiderunt L. ed. Ox. — p. 105, 12. minimum Mss. Angl. — c. 6. p. 106, 8. 9. reversos L. — 15. domine L. — 18. transfugae et ecclesiae ed. Ox. — p. 107, 5. hominibus. tu habes ita L. — 13. ii et patientiam perdiderunt et vitam suam amittent L. ed. Ox. — hi qui egerint L. — c. 7. p. 108, 8. 9. intra se L. — p. 109, 4. zelum L. — 4. 5. huiusmodi sunt fatui L. — 8. digne om. L. — c. 8. p. 110, 8. poenitentiam om. L. — 15. voluntatibus L. — c. 9. p. 111, 3. exacti L. — 4. spirare L. — 5. sed cum ed. Ox. — 14. posse om. L. — c. 10. p. 112, 5. solidae aridae L. — 6. honesti erga dominum L. (Gall.). — 7. voluptates om. L. — 12. 13. quia boni semper difficile movebuntur L. — 14. 15. quae solae erant virides L. —

Sim. IX, 9. p. 127, 16. te tricas, cf. Roensch. It. u. Vulg. p. 302. — 10. p. 129, 2. structura repositos expleam L. (Gall.) —

---

# Corrigenda

in textu: Vis. I, 3 p. 6, 5 confortavit, l. confortabit, cf. gr. ae. — II, 2 p. 9, 1 prodentes profecerunt, l. prodentes [non] profecerunt, cf. gr. Pal. ae. — 8 illi, l. illis (αὐτοῖς) c. G. Vict. — c. 3 p. 10, 13 seculares, l. singulares, gr. ἰδιωτικάς, Pal. proprias. — III, 1 p. 12, 11 annum, l. anum. — c. 2 p. 14, 8 sustinerunt, l. sustinuerunt. — p. 16, 2 post: „habebant" add.: [alii curti] cf. gr. ἄλλοι δὲ κεκολοβωμένοι, Pal. alii minimi et modici effecti, ae. erant etiam breviores. huc referenda sunt c. 6 p. 21, qui vero curti sunt, cf. etiam Sim. IX, 6 p. 123, 9. — c. 4 p. 18, 1 creandi, l. crescendi, gr. αὔξειν, Pal. incrementare. — c. 5 p. 19, 15. 16 qui autem afferuntur et ponuntur in structuram turris, hi sunt, l. qui autem afferuntur et ponuntur in structuram turris qui sunt? hi sunt c. D. (om. hi sunt) L. (ii) gr. Pal. ae. — c. 7 p. 22, 4 currentes, l. cadentes (πίπτοντας) c. Pal. aeth. — IV, 2 p. 33, 6 suffragia, l. sufflamina, gr. μάστιγας, Pal. ae. flagella. — V, p. 34, 12 pallium album, l. pellem albam (cf. Sim. VI, 2 p. 89, 6), gr. δέρμα αἴγειον λευκόν, Pal. pelle alba, ae. pelle caprina. —

Mand. II, p. 37, 3 ab illa, l. ab illo (ἀπ' αὐτοῦ) c. Mss. Angl. — IV, 2 p. 41, 4 conversatione, l. conversatione mea (cf. gr.) c. L. — VI, 2 p. 49, 4. 5 desiderium multarum rerum alienarum, l. desiderium mulierum et rerum alienarum (ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξία) c. Cot., cf. Pal. cupidinem mulierum et avaritiam et fraudem, ae. amor mulierum et oppressio. — X, 1 p. 56, 11 hi nunquam, l. hi qui nunquam c. gr. Pal. ae. — 14 post: seculi et post: divinitatis commata ponenda sunt. — c. 2 p. 58, 16 proiecerunt, l. proiecerint. — XII, 1 p. 64, 5 post: „morti" signum interrogationis ponendum est. — c. 6 p. 68, 4 ad homines servos dei, l. c. Angero: ad omnes servos dei, gr. ἐπὶ πάντας τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ. — p. 69, 5 possimus, l. possumus. nam etiam Mss. Angl.: si possumus, non: si possimus, ut Fabricius retulit. —

Sim. I, p. 70, 12 dicit enim tibi dominus civitatis huius, l. dicet enim dominus civitatis huius, ἐρεῖ γὰρ ὁ κύριος τῆς πόλεως ταύτης — tibi om. L. — IV, p. 74, 14 ariadas, l. aridas. — V, 2 p. 79, 18 post: mihi del. comma. — VIII, 2 p. 100, 11 gratulabor ei, l. gratulabor eis (συγχαρήσομαι αὐταῖς). Pal. quidem: gratulabor illi, sed ae.: gaudebimus iis. —

in adnotationibus:

Vis. I, 1 p. 4 not. ad l. 10 Mss. Cot., l. Mss. Angl. — II, 2 p. 9, 8 not. ut, l. tibi. — III, 2 p. 14, 11. 12 not. l. utrisque c. C. D. G. L. Vat. ed. pr. v., om. Vict. — c. 13 p. 30, 1 not. l. vidisti c. D. G. L. Vat. (Cot.) Dress., vidistis tamquam urnalem C. — IV, 2 p. 33, 3 not. del. var. lect. —

Mand. VII, p. 50, 11 not. (cf. Gall.) l. quem c. B. D. L. Vat., quo ed. pr. v. — 13 illius. add. not.: illius c. D. Vat. ed. pr. v., illi B. L. (Gall.). — IX, p. 56, 15 not. habita fidei L., l. habitae fidei L. — XI, p. 60, 7 not.: codd. fere omnes exhibent Mand. XII, 1 p. 64, 6. 7 post: „morti tradit servos dei". l.: codd. fere omnes exhibent Mand. XII, 2 p. 64, 7 post: „primum omnium".

Sim. IV, p. 75, 3 not. l. declaratur et paret c. C. (Gall.) D. ed. pr., paret et declaratur Vat., declaratur et patet Vict. Cot. — 4 parebunt omnes C. (Gall.). — V, 6 p. 84, 8 not. in om. Vict. (Gall.). — VI, 3 p. 90, 13. 14 not. dele: (agrimoniis) post: Mss. Angl. — VIII, 3 p. 101, 15 not. legem c. D. ed. pr. v., legem suam Vat., l. 16. legem c. D. ed. pr. v., legem suam L. Vat. — IX, 10 p. 129, 10. comundata D. — 10. 11. consumare D. —

**Halis,**

Typis Heynemannianis.